This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

V. 50

DD
3
.M8
A6
V. 50

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

VITAE ANSKARII ET RIMBERTI.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1884.

VITA ANSKARII

AUCTORE RIMBERTO.

ACCEDIT VITA RIMBERTI.

RECENSUIT G. WAITZ.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1884.

HANNOVERAE, TYPIS GRIMPIANIS.

Compl. Lib
Harrass.
11-25-27
15545

PRAEFATIO.

Anskarii primi archiepiscopi Hamburgensis et apostoli Danorum atque Sueonum, viri celeberrimi et de christiana fide propaganda meritissimi, vitam Rimbertum, discipulum et successorem eius, conscripsisse, huius vita a coaevo composita[1] *et Adamus Bremensis*[2] *apertis verbis produnt; ita tamen, ut vitae auctor addat, Rimbertum a condiscipulo esse adiutum, et,* quia cum alio quodam editor eorundem extitit gestorum, *nomen suppressisse. Quod cur in dubium vocemus*[3]*, non video, quamvis idem dicendi genus eundemque animum per totum librum deprehendi libenter agnoscam. Id enim ita factum puto, quod Rimbertus, qui primis Anskarii itineribus et rebus nondum interfuit, ab alio eius discipulo non pauca acceperit*[4]*, sed cum suis haec ita coniunxerit, ut liber in se cohaerens et eodem stilo compositus prodiret. Qui cum ad monasterium vetus Corbeiense mitteretur, 'filii ac discipuli patris Anskarii' sunt, quorum nomine epistola dedicatoria est concepta, quae verba non ad Rimbertum et condiscipulum illum referas velim*[5]*, sed de toto conventu ecclesiae Hamburgensis scripta intelligas*[6]*. Hamburgi enim librum esse ortum, iam omnes fere consentiunt*[7]*, regnante in Germania Ludovico, Pii imperatoris filio*[8]*, quem a.* 876. *obiisse constat. 'Neque audiendi', ut Dahlmanni verbis utar, 'qui admodum levibus missilibus impugnaverunt authentiam scripti, quod ex ipso ore Anskarii et*

1) *C.* 9. 2) *I,* 36. 3) *Ita Koppmann, 'Die mittelalterlichen Geschichtsquellen in Bezug auf Hamburg' p.* 36 *sqq.* 4) *Fortasse etiam de Witmaro cogitare possis, qui c.* 5. *testis praesens laudatur; cf. c.* 10. 5) *Ita Dahlmann in editione sua.* 6) *Quod recte Koppmann p.* 37. *monuit; sed his male intellectis Vitae Rimberti auctorem in errorem ductum esse, ut condiscipulum fingeret, parum est verisimile. Neque sententia placet, quam olim proposuerat, sed postea reiecit Lappenberg, condiscipulum illum eundem esse qui Vitam Rimberti scripsit. Sane non est, cur de iuniore Anskarii sodali cogitemus.* 7) *Quod primus Lappenberg docuit, Schmidt, 'Zeitschr. f. Gesch.' V, p.* 537. *Cf. nunc Koppmann p.* 38 *n.; Dehio, 'Geschichte des Erzbisthums Hamburg-Bremen' I, Ann. p.* 13. 8) *C.* 22.

aequalium exceptum, memoria legationum, a viro optimo literis prodita, suffultum, in praestantissimis Germaniae monumentis semper habebitur'. Sane ubique auctor se rerum quas enarrat bene gnarum ostendit, sermone satis eleganti ab Anskario in Nordalbingia et Scandinavia acta enarrat, animum eius pium, iustum, intrepidum meritis laudibus effert, de eius indole satis candide iudicat, nusquam inanibus verbis indulget, nimis vero fortasse visionibus enarrandis immoratur. Non satis quidem temporis rationem habuit neque quae ei nota fuerunt omnia memoriae prodidit, ita ut neque de anno et die neque de loco obitus Anskarii quidquam retulerit[1]. *Attamen etiam historiae septentrionalium terrarum non parum lucis attulit; quare Dani et Sueci in hac vita edenda et illustranda nostrates aemulati sunt. Auctor vitae Rimberti et Adamus Bremensis eam exscripserunt, Gualdo, Veteris Corbeiae monachus, sed Bremam ab Adalberto archiepiscopo vocatus*[2], *circa a.* 1065. *metricam paraphrasim composuit. Eodem tempore genuinum librum 'consulta opera ita esse mutilatum et interdum interpolatum, ut facile suspiceris, ambitionem insatiabilem Adalberti archiepiscopi Bremensis, qui sub Heinrico IV. imperatore patriarchatum septentrionis machinabatur, in hac fraude versatam', Dahlmann statuit. 'Recisa enim', ait, 'sunt, et ita quidem recisa, ut plane nihil deesse videatur, omnia, quae de Ebonis archiepiscopi Remensis meritis et legationis eius in septentrionem susceptae privilegiis verissime Rimbertus ex ore Anskarii excepta scripsit, deest amissa cella Turholt, disceptatio inter dioeceses Bremensem et Verdensem, una cum levamento damni quod Verdensis accepit, verbo omnia, quae fideliter narrata ecclesiae Bremensi detrimentum facere possent; contra addita dominatui Bremensi Islandia, quam Hibernis quidem Anskarii aetate iam innotuisse nuper didicimus e Dicuilo, at plane tunc ignota Scandinavis et Germanis, aeque ac Groenlandia, Faeroeae insulae reliquaeque fraudulenter inculcatae remotissimae regiones*[3]'. *Nunc vero alii, potius a Liemaro*[4] *aut Friderico*[5] *archiepiscopis tam diplomata paparum quam vitas Anskarii et Rimberti esse interpolata, statuerunt. Certe Friderico vivo, qui anno* 1123. *obiit, in codice a Vicelino coenobio Abdinghofensi donato haec vitarum forma legitur*[6]. *Sed codex ipsius Vicelini tempore videtur esse antiquior et*

1) *De Rimberti libro cf. quae Schumacher, 'Bremisches Jahrbuch' II, p.* 446 *sqq. cum ipse notavit tum ex commentatione a V. D. Bulle scripta repetivit.* 2) *Wattenbach, GQ. II, p.* 64. 3) *Eandem sententiam defendit Schröder, 'Jahrb. f. d. Landeskunde der Herzogthümer Schleswig, Holstein, Lauenburg' XIV, p.* 288 *sqq.* 4) *Koppmann, 'Die ältesten Urkunden des Erzbisthums Hamburg-Bremen' p.* 78. 5) *Dehio II, Ann. p.* 38 *sqq.* 6) *V. notam SS. II, p.* 379. *impressam.*

tam mendose etiam in singulis verbis scribendis est exaratus, ut nullo modo tunc demum Rimberti opus in hanc formam redactum esse statuere possimus[1], *sed ad saeculum XI. eam referamus oporteat. Cum vero neque Gualdo neque Adamus ea sint usi, post a.* 1073, *quo hic Gesta archiepiscoporum Hamburgensium composuit*[2], *interpolationem factam esse, verisimile est. — Postea breviores de sancto Anskario narratiunculae sunt confectae, quae in ecclesiis legerentur*[3]. *— Rimberti opus saeculo XIV. in linguam Suecicam translatum est*[4].

In nova hac editione curanda subsidio fuerunt:

1) *Codex bibliothecae regiae privatae Stuttgardiensis G.* 32, *olim Weingartensis, membr. saec. X, foliis* 58 *constans, quem a Mosero collatum Dahlmann, cum priorem in Scriptorum tomo II. editionem pararet, iure ubique fere secutus est. Nam diligenter scriptus paucis laborat mendis, quae coaeva manus tollere conata est, plerumque, ut videtur recte, nonnullis tamen locis ita ut genuina vel saltem in vetustiore exemplari tradita verba ex ingenio emendaverit; quod nunc demum rasuris diligenter indicatis et aliis libris manuscriptis collatis perspici potuit. Nam codicem benivole huc transmissum denuo summa qua potui cura excussi.*

2) *Codex Parisiensis nr.* 13722, *olim S. Germani* 1036, *membr. saec. XII, fol.* 47—88, *eiusdem recensionis, a cod.* 1 *eo praesertim differens, quod librum in* 108 *capitula eaque breviora divisit*[5], *ideoque indicem cod.* 1 *praemissum*

1) *Nullo modo igitur stare potest sententia quam proposuit Dehio l. l. p.* 41, *Vicelinum, ut archiepiscopi Friderici fraudes propagaret, hunc codicem Paderbornam attulisse. Eum iam eo consilio scriptum esse, ut dono daretur (cf. Koppmann, 'Jahrbücher' l. l. p.* 308), *ne statuamus, tam verba ab ipso Vicelino scripta (SS. II, l. l.), quam tota libri indoles vetant. Certe diligentiore opera exemplar exaratum fuisset.* 2) *Koppmann, 'Die ältesten Urkunden' p.* 76. 3) *Langebek, SS. R. Dan. I, p.* 621 *sqq. Cf. Dehio I, p.* 56. *Eiusmodi opus etiam ab Alberto Kranzio Meyero rerum Flandrensium scriptori missum esse, Lappenberg statuit, 'Zeitschr. d. V. für Hamb. Gesch.' II, p.* 640. *Aliter Dahlmann, qui ita hac de re scripsit: 'Quam Ioh. Mollerus laudat (Cimbr. literat. III,* 31. 390. 680) *vitam Anscharii una cum Rimberti vita per Iacobum Meierum, rerum Flandricarum historicum, editam, eam Rembertinum opus fuisse eo minus mihi persuadeo, quod Baronius, Meieri aequalis, in Annalibus de deperdita queritur Anscharii vita, quam Rimbertus conscripserit. Mihi verisimile fit, Meierum edidisse vitas Duumvirorum ab Alberto Kranzio conscriptas, sive separatim elaboratas velis (Biblioth. Conradi Gesneri, per Fris. ed. p.* 19), *sive, quod malim, e libro primo Metropoleos desumptas, quam Krantzius manu scriptam (sero enim typis vulgata est) Iacobo Driescho, familiari suo, miserat. Imo quantum tum ex reliquis Kranzii scriptis, tum ex elencho auctorum, e quibus Metropolin composuit, iudicare licet, Kranzius scriptum Rimberti, cuius notitiam ex Adamo Bremensi habebat, nunquam ipse conspexit'.* 4) *Dehio p.* 56. 5) *Totidem Gualdonis vita metrica habet.*

omisit. Librum olim in Corbeia veteri fuisse, valde est verisimile[1]. *Lectionem enotavit V. Cl. A. Molinier.*

3) *Codex Ambianensis nr.* 461, *membr. saec. XIII/XIV. 'Ex libris Corbeiensis monasterii' manu saec. XVII. notatus, fol.* 41. *inde a cap.* 7. *nostrae editionis Vitam Anskarii continet, plerumque cum* 2 *etiam in levioribus convenientem, non tamen ex eo descriptam, sed ex communi fonte haustam. Cum Rimbertus librum suum Corbeiensibus transmisisset, ex hoc exemplari utrumque codicem* 1 *et* 2 *esse sumtum, facile conieceris; attamen cum* 3 *etiam Gualdonis Vitam contineat metricam, quae in capitum divisione et in nominum formis scribendis ubique fere cum* 2 *et* 3 *convenit, potius exemplum saec. XI. factum Corbeiam venisse ibique esse descriptum statuerim. Variam lectionem a socio nostro Dr. Holder-Egger diligenter enotatam praeter apertos calami errores omnem afferendam duxi. Quam plurimas vero emendationes manu saec. XVI. vel XVII. factas nullius esse pretii, facile est intellectu. Idem de initio vitae in* 4 *foliis chartaceis post suppleto dicendum est, quippe quod ex codice recensionis B sumtum sit (indicavi* 3[a]).

*B*1) *Codex archivi publici Monasteriensis I,* 228, *membr. saec. XII, olim monasterii Abdinghofensis, cui a Vicelino dono datus est, ideoque codex Vicelini vulgo dictus, nostris temporibus in bibliotheca V. Cl. Meyer capitularis ecclesiae cathedralis Paderbornensis asservatus et a G. H. Pertz, qui eo usus est, SS. II, p.* 378. *descriptus. Librum, concedente V. Cl. H. de Sybel, summo archivorum regni Borussici praefecto, huc transmissum, iterum diligenter excussi, et non solum libri formam, ut supra expositum est, ex consilio valde mutatam, sed etiam singula verba saepissime corrupta deprehendi. Quare integram eius varietatem, etiam a Dahlmann minime plene enotatam, afferre nolui; sed nonnisi quae res ipsas tangunt indicavi, necnon lectiones eas, quae cum codicibus genuinae recensionis conveniunt. Quae codicem nostri* 3 *similem fundamento esse positum probant.*

*B*2) *Codex bibliothecae Hamburgensis, Hist. civ. Dan. fol. nr.* 22, *chart. saec. XVIII, olim Lindenbrogii (de quo v. 'Arch.' VI, p.* 236 *sqq.), pag.* 167—226, *uno folio amisso incipit in medio cap.* 2 *(nostrae editionis). Ubique fere cum B*1 *convenit, nonnulla tamen, verbis omissis vel mutatis, etiam liberius reddit, ita ut Dahlmann, qui eius notitiam iam ad finem recensionis properans accepit, minus recte, 'omnino genuinam vitam' hic exstare, iudicaverit*[2]. *Codicem benivole huc transmissum contuli.*

1) *Cf. quae infra de Lambecii et Duchesnii editionibus dixi.* 2) *De eodem agi codice, tum eius descriptio ('ab initio trunca'), tum singulae quae affert lectiones probant.*

B2) Codex regius Havniensis, veteris collectionis nr.* 820 *(olim bibliothecae Gottorpiensis) a.* 1550, *inter varia opera historica a W. J. Rwsse collecta, ut primus b. m. Michelsen annotavit*[1], *etiam vitae Anskarii continet apographon, quod eodem loco incipere et easdem lectiones c.* 13. *praebere atque* 1 *V. Cl. Bruun, bibliothecae Havniensis director, benivole mihi retulit; quare dubitari nequit, quin B2 ex hoc vel uterque ex communi libro sit descriptus. Eodem fortasse Stephanius in notis uberioribus ad Saxonem p.* 193. *usus est, quamvis locum praebeat sententia longiore omissa.*

Eiusdem recensionis fuit codex, ut videtur, a Philippo Caesare publici iuris factus (B3), cuius fata ignorantur[2]. *B2. B2* ex hoc manasse, ne statuamus, lectionis varietas vetat; quam usque ad c.* 7. *plenius enotavi, postea, ubi B longius recedit, nonnisi ea afferens quae vel interpolatoris consilium ostendunt vel quo codice usus sit indicant. Etiam codex Bodecensis, cuius notitiam Henschenius habuit, hanc libri formam praebuit*[3].

Editiones vero hae sunt[4]*:*

1) *Philippi Caesaris, Triapostolatus Septemtrionis, Coloniae Agrippinae* 1642. 8, *liber perrarus, p.* 40—125. *Usus sum exemplari bibliothecae Hannoveranae.*

2) *Petri Lambecii, Origines Hamburgenses, Hamburgi,* 1652. 4. *(repetita a Fabricio, Hamb.* 1706. *fol., una cum Lindenbrogii Scriptoribus rerum Germanicarum septentrionalium). In monasterio S. Germani Parisiensi invenit 'pervetustum codicem membranaceum manuscriptum, qui, ut in margine primae paginae recentiore manu erat adnotatum, ex Corbeia, veteri illo, ut opinor, Galliae monasterio, translatus olim eo fuerat'; eumque describendum et edendum curavit. Eundem esse quem ex bibliotheca illius monasterii publicae Parisiensi illatum esse supra dixi (2 notatum), facile suspiceris. Sed lectiones nonnullae, praesertim vero emendationes recentiore manu in* 3 *scriptae, necnon forma capitum* 1—7. *hic post suppletorum, quae eodem modo apud Lambecium leguntur, denique Vita metrica a Gualdone composita in hoc, neque vero in Parisiensi codice addita, extra dubium ponunt, codicem nunc Ambianensem (3) eum esse quo hic uti potuit; sive tunc*

1) *Falck, 'Staatsb. Magazin' IX, p.* 342. 2) *De eo monuit Dahlmann: 'eodem fortasse, de quo Staphorstius ('Hamb. Kirchengesch.' I,* 1, 660*) e regestis aedis metropolitanae notavit:* Eine Copie uf Pergament de vita Anscharii'. 3) *Id quod Henschenius, Acta SS. Febr. I, p.* 394, *monuit, et lectiones p.* 413. 417. 427. *allatae confirmant.* 4) *Excerpta quaedam 'ex Breviario Slesvicensi' inserta sunt Cypraei Annalibus episcoporum Slesvicensium (Colon.* 1634*) p.* 143.

commodatus fuerit S. Germani monachis, sive post Corbeiensibus pro altero eiusdem monasterii ab illis mutuo datus[1].

3) *Franciscus Chesnius a.* 1641. *Scriptorum historiae Francorum t. III. (p.* 395—409) *magnam Vitae partem inseruit, et ipse codice Corbeiae veteris, ut videtur* 2, *usus.*

4) *Paullo post, a.* 1658. *Henschenius in Actis Sanctorum Febr. I, p.* 408. *novam editionem paravit, ut ipse monet, ex apographo codicis S. Germani Parisiensis*[2] *sumtam, sed quae saepe ad recensionem B rediit*[3].

De ceteris quae monuit Dahlmann repetere iuvat:

5) *'Mabillonius in Actis Sanctorum ordinis S. Benedicti saec. IV, p. II. textum pollicetur 'ex libris editis et mss. Corbeiae veteris', sed nec recensum codicum dedit, nec instituti rationem aperuit. Levi opera defunctus videtur, plerumque Henschenium referens.*

6) *Claudii Arrhenii (Örnhjelm), in academia Upsaliensi historiae professoris, editio (Holmiae* 1677. 4⁰*), textum Lambecii repetens, addita versione Suecica, saeculo decimo quarto in Vallis Gratiae (Nådendal) monasterio elaborata, quae ut olim nonnullis lectionibus, quae Lambecianis praestarent, confirmandis fuerit, ita nunc vix meretur collationem. Exemplar libri rarioris debuimus humanitati V. illustris Friderici Münteri, episcopi Selandiae.*

7) *Staphorstius quoque in Historiae ecclesiae Hamburgensis diplomaticae t. I, p.* 1. *in textu Lambeciano acquievit, cui varias lectiones ex Actis praesertim Bollandi obiter annotatas adiecisse satis habuit. A qua iudicii segnitie longe quidem abfuit*

8) *Langebekius, qui destitutus ope codicum, qui neque in Dania (deperdito Stephanii codice, cuius in notis ad Saxonem Gramm. p.* 193. *mentio), neque in Suecia, quantum rescire potui, reperiuntur*[4]*, Scriptorum rerum Danicarum tomo I (p.* 429) *locos manifesta corruptela impeditos, ex libris editis sanatos*

1) *De hac editione fortasse nimis acerbe iudicavit Dahlmann: 'quo minus restitutum daret, impedivit editoris sive in adhibendo exemplo codicis, indocta manu descripti, iuvenilis incuria, sive innovandi, in verbis facilis, temeritas (cf. "Archiv d. G." III,* 494*), cum summa typopraphi negligentia coniuncta. Scatet enim editio foedis erroribus et recens invectis corruptelis'.* 2) *Ibid p.* 394: *'Integra ergo atque intaminata damus ex codice ms. Parisiensi bibliothecae monasterii S. Germani de Pratis ord. S. Ben. descripta a rev. d. ac patre Anselmo Michaele istic religioso'. Addit: 'Eadem exstant in bibliotheca Corbeiae Gallicae, cuius codice ms. usi sunt Franciscus Chesneus et Hugo Mernardus'.* 3) *Ideo vix ea laude digna, qua eam Dahlmann effert: 'textum longe emendatiorem et omnino talem exhibens, qui magnopere confirmet Stuttgardiensis codicis auctoritatem'. Id quod lectionibus in notis allatis vix confirmatur.* 4) *Cf. tamen quae p.* 9. *de B* 2* *monui.*

dedit, alios coniectura tentavit, paucos, quod factum nollem, tacite ex arbitrio correxit, iustam tamen recensionem haud instituit. Adiecit amplos commentarios, multifariae eruditionis plenos, cum chronologia aevi Anschariani seorsum subiuncta'.

9) *Quas omnes longe superavit editio a Dahlmann SS. II, p.* 687. *ope codicis* 1 *instituta.*

10) *Repetita est haec in Patrologiae cursu completo ab J. P. Migne typis dato t. CXXVI.*

Neque nostra editio valde ab illa differt. Pauca tantum eaque leviora erant emendanda, omissa vero lectionum varietate ex editionibus diligenter enotata, ea addenda quae codices 2 *et* 3 *a Dahlmann nondum visi praebuerunt.*

Versionem Germanicam a Laurent institutam Pertz collectioni 'Geschichtschreiber der Deutschen Vorzeit' a. 1856. *(fasc.* 28*) inseruit.*

INCIPIUNT* CAPITULA LIBRI SEQUENTIS.

Textus praefationis de vita et conversatione sanctissimi patris Anskarii primi Norđalbingorum archiepiscopi.

2. Qualiter ab infantia spiritalibus sit revelationibus caelitus inspiratus, et quod post mortem matris suae ipse in scolaribus disciplinis iam positus, eandem matrem suam in comitatu sanctae Mariae per visionem cognoverit, et ab eadem Dei genetrice admonitus sit, quo vanitatem fugiens semet ipsum in gravitate vitae custodiret.

3. Qualiter post mortem Karoli imperatoris ipse mundo iam per compunctionis divinae gratiam mortuus, nocte sancta pentecostes a saeculo translatus, primo ad ignem purgatorium, deinde etiam ante presentiam maiestatis Domini per beatum Iohannem baptistam et sanctum Petrum apostolum deductus sit.

4. Qualiter per visionem in oratorio beati Iohannis baptistae dominum Christum viderit dicentem sibi: 'Dic iniquitates tuas, ut iustificeris', et reliqua.

5. Qualiter animam cuiusdam discipuli sui nomine Fulberti a corpore sublatam angelico ministerio ad caelum deferri et inter martyrum agmina collocari caelesti visione cognoverit.

---

*) *Subicimus indicem recensionis B:*

INCIPIUNT CAPITULA VITAE[a] BEATI ANSGARII ARCHIEPISCOPI.

1. Qualiter ab infantia revelationibus sit[b] caelitus inspiratus et per visionem a Dei genitrice Maria admonitus, ut vanitatem fugeret.

2. Qualiter post mortem Karoli imperatoris in sancta nocte pentecostes deductus sit per beatum Iohannem baptistam et sanctum Petrum apostolum primo ad ignem purgatorium, deinde ante maiestatem Domini.

3. Qualiter in oratorio Iohannis baptistae per visionem Ihesum Christum videret[c] et sibi peccata sua confiteretur.

4. Qualiter animam discipuli sui Fulberti ad caelum deferri et inter martires collocari cognoverit.

a) I. c. in vitam beatissimi A. Hammenburgensis seu Bremensis archiepiscopi et confessoris in Christi nomine. Amen. *B* 3. b) s. c. *des. B* 3. c) viderit . . . confessus sit *B* 3.

6. Qualiter in sanctitatis gratia proficiens ad Novam Corbeiam docendi causa destinatus sit.

7. De conversione Herioldi regis, et qualiter ipse pariter et Autbertus per concessionem Walae abbatis atque iussionem Hludowici imperatoris cum eo directi sint ad partes Danorum.

8. Qualiter praefati servi Dei apud Danos positi quoslibet poterant ad viam veritatis monere studebant, et quod scolam sibi etiam puerorum inibi statuerunt; ac peracto biennio aut eo amplius memoratus frater Autbertus, infirmitate gravescente, ad Novam Corbeiam deductus, ibi defunctus sit.

9. De legatione Sueonum ad imperatorem Hludowicum, postulantium, ut sibi praedicatores verbi Dei mitteret. Et de visione praedicti patris Anskarii, qua ante apud monasterium Corbeiae positus, audivit vocem dicentem sibi: 'Vade et annuntia gentibus verbum Dei', et reliqua.

10. De legatione ipsius et nonni Witmari ad Sueoniam, et quanta in ipso itinere perpessi sint adversa.

11. Qualiter pervenientes ad portum qui dicitur Byrca benigne a rege Sueonum[a] Bern vocato suscepti sint. Et quod facultas eis data sit praedicandi. Quodque cum aliis pluribus etiam Herigarius, praefectus vici ipsius, fidei credulitatem susceperit.

12. Qualiter exinde redeuntes ad praedictum imperatorem reversi sint. Et qualiter ipse cum consensu episcoporum ultra Albiam sedem constituerit archiepiscopalem,

---

5. Qualiter in sanctitatis gratia proficiens ad Novam Corbeiam docendi causa destinatus sit.

6. De conversione Herioldi regis, et qualiter ipse[b] et Audbertus ad partes Danorum directi sint.

7. Qualiter prefati servi Dei aput Danos quoslibet ad viam veritatis monêrent, et quod scolas ibi statuerint, ac peracto biennio Audbertus ad Novam Corbeiam deductus et defunctus sit.

8. De legatione Sueonum ad imperatorem Hludowicum[c], postulantium, ut eis predicatores mitteret, et de visione patris Ansgarii, ut annunciaret gentibus[d] verbum Dei.

9. De legatione ipsius et Witmari[e] ad Sueones, et quanta adversa in ipso itinere passi sint.

10. Qualiter ad Bircam venientes a rege Sueonum Bern suscepti sint, et Herigarius[f] prefectus fidei credulitatem susceperit.

11. Qualiter ad imperatorem reversi sint, et ipse cum consensu[g] episcoporum ultra Albiam archiepiscopalem[h] sedem constituerit, ad quam sanctum Ansgarium consecrari fecit, et quod ad eandem sedem cellam Thurholt[i] vocatam subiugaverit.

a) Suenum (*corr.* Sueonum?) 1. b) ipse s. Ansgarius *B* 3. c) Ludow. *B* 3. d) g. v. D. *des. B* 3. e) Widmari *B* 3. f) Hirig. *B* 3. g) sensu *B* 1. h) episc. *B* 3. i) Thulholt *B* 1.

ad quam praedictum patrem sanctissimum Anskarium consecrari fecit antistitem. Et quod ad eandem sedem cellam quandam in Gallia Turholt vocatam subiugaverit.

13. Qualiter ipse Romam directus auctoritate papae Gregorii pallium susceperit et pariter legationem ad partes Danorum sive Sueonum atque Sclavorum aliarumque in aquilonis partibus gentium constitutarum, una cum Ebone Remensi[a] archiepiscopo, cui ipsa legatio prius commissa fuerat.

14. De ordinatione Gauzberti episcopi, et qualiter ei cella a praedicto Ebone in Welanao ultra Albiam constructa ad locum refugii data sit, qualiterque ipse perveniens ad Sueoniam honorifice et a rege et a populo susceptus sit.

15. Quomodo memoratus Anskarius archiepiscopus in diocesi sua officium *sibi commissum strenue impleverit et ex paganis gentibus pueros redemerit, quos ad servitium Dei educandos posuit. *p. 688.

16. De adventu pyratarum ad urbem Hammaburg, et quomodo, episcopo et clericis ac populis fuga dispersis, omnia quae ibi erant hostili impetu, depredatione aut igne disperierint.

17. Quomodo populus Sueonum furore zeli accensus praefatum Gauzbertum episcopum a finibus suis expulerit.

18. De ultione divina, quae expulsionem illius subsecuta est.

19. De profectione anachoretae Ardgarii ad Sueoniam. Et de magnitudine fidei praefati viri Herigarii.

20. De fide cuiusdam matronae valde religiosae. Et qualiter post discessum eius atque memorati Herigarii idem Ardgarius exinde reversus sit.

21. De obitu Hludowici imperatoris, et qualiter cellam supradictam Turholt Karolus rex a servitio, quod pater suus disposuerat, amoverit.

---

12. Qualiter Romam directus auctoritate papae Gregorii secundi[b] pallium susceperit et legationem ad partes omnium septentrionalium et orientalium nationum quocumque modo nominatarum[c].

13. Qualiter Gautbertus[d], qui et Symon, ad Sueoniam perveniens honorifice a rege et a populo susceptus sit.

14. Qualiter Ansgarius archiepiscopus suum strennue impleret offitium et ex paganis pueros ad servitium Dei redimeret[e], et Hammaburch[f] de[g] pyratis depredata et combusta sit.

15. Quomodo Sueones Symonem episcopum a finibus suis expulerunt[h], et ultio divina illius expulsionem subsecuta est.

16. De profectione anachoritae Ardgarii ad Sueoniam, et de fide Herigarii [imperatoris[i]].

17. De fide matronae religiosae Fretheburgis[k].

18. De reversione Ardgarii post mortem Herigarii, et de morte Hludowici imperatoris.

a) i a *e corr. alio atramento* 1. b) IV, *B* 3. c) nominatorum *B* 1. d) Gauthb. *B* 3. e) redemerit *B* 3. f) Hammaburg *B* 3. g) a pir. *B* 3. h) expulerint ... s. sit *B* 3. i) *ita B* 1; *deest B* 3. k) Frethub. *B* 3.

22. Qualiter Hludowicus clementissimus rex cum consensu episcoporum in vice supradictae cellae episcopatum Bremensis ecclesiae causa solatii Hammaburgensi sedi adiunxerit.

23. Qualiter Guntharius Coloniensis archiepiscopus, ad quam sedes Bremensis[a] antea suffraganea fuerat, huic constitutioni restiterit, sed perlata haec eadem res, iubente supradicto rege, per Salomonem Constantiae civitatis episcopum ad sedem apostolicam, a venerabili papa Nicolao pallii et decreti auctoritate firmata sit.

24. De familiaritate supradicti Anskarii archiepiscopi apud Horicum regem Danorum. Et qualiter ei concesserit, ut in portu quodam regni sui Sliaswich vocato ecclesiam fabricaret.

25. Qualiter idem Dei sacerdos pro[b] gente Sueonum denuo sollicitus iter suum ad illas partes praeparare coeperit. Et de visione, qua Adalhardum, clarissimum quondam abbatem suum, sibi haec eadem proventura nunciasse vidit.

26. Quod in eadem legatione missum pariter et signum regis Horici secum habuit. Et qualiter illô adveniens regem et multitudinem populi nimio invenit errore confusam.

27. Qualiter ibi in magna angustia positus cognovit gratiam Dei secum comitari. Et de consensu populi, ut christianitas apud eos celebris haberetur.

28. De concessione regis, ut apud eos ecclesiae fabricarentur et christianitas coleretur. Et quomodo domnus episcopus nepotem Gauzberti Erimbertum nomine manibus regis commendaverit, ut ibi sacerdotis officio fungeretur.

29. De visione, qua praevidit angustiam mentis quam in ipso perpessus est itinere.

---

19. Qualiter Hludowicus iunior cum consensu episcoporum episcopatum Bremensem causa solacii Hammaburgensi sedi subiunxerit.

20. Qualiter Guntharius Coloniensis archiepiscopus huic constitucioni restiterit et postea consenserit, et per Salomonem Constantiae civitatis episcopum ad apostolicam sedem directum a papa Nicolao haec eadem res apostolica auctoritate firmata sit.

21. De familiaritate Ansgarii archiepiscopi apud Horicum regem Danorum.

22. Qualiter sacerdos Dei[c] ad partes Sueonum iter suum prepararet[d], et per visionem Adalhardus abbas sibi proventura nunciaret[d].

23. Quod in eadem legatione missum et signum Horici regis haberet[e] et populum inveniret[e] errore confusum.

24. Qualiter cognovit[f] gratiam Dei secum commorari[g], et de consensu[h] populi, ut christianitas apud eos haberetur.

25. De consensione regis, ut apud eos ecclesiae fierent, et quomodo domnus episcopus Rimbertum[i] sacerdotem manibus regis commendaret[k].

26. De visione, quam previdit in angustia mentis.

a) *prima littera* e *e corr.* 1. b) *e corr.* 1. c) Domini *B* 3. d) praepararit . . . nunciarit *B* 3. e) habuerit . . . invenerit *B* 3. f) cognoverit *B* 3. g) comitari *B* 3. h) consu *B* 1. i) Erimbertum *B* 3. k) commendarit *B* 3.

30. Qualiter virtus Domini post hanc profectionem Sueonibus patefacta sit, et de votis spontaneis quae ipsi domino Christo devoverunt.

31. De morte Horici regis ac primorum eius. Et de persecutione christianitatis quae facta est sub Horico iuniore.

32. Qualiter pro hac causa domnus episcopus Horicum iuniorem adierit. Et qualiter ipse omnia quae antecessor suus concesserat stabilierit et insuper etiam auxerit.

33. Qualiter praedictus Gauzbertus episcopus quendam presbiterum nomine Ansfridum ad Sueoniam miserit, et quod ipse, audito eiusdem episcopi obitu exinde reversus, non multo post defunctus sit. Pariter et de Ragemberti sacerdotis peremptione atque Rimberti ad easdem partes profectione.

34. Qualiter inter varias pressurarum angustias domni Ebonis archiepiscopi semper consolationibus exhortatus sit. Et de fervore fidei eorum, quem de praedicta habuerunt legatione.

35. De vita et conversatione memorati sanctissimi patris Anskarii.

36. Quomodo omnia fere quae ei proventura erant prius per somnium sive per intimam revelationem in mente sive per excessum ipsi revelata fuerint.

*37. Et de visionibus duabus, huius rei probationem mon- *p.689.
strantibus. De pastorali eius gratia, et quomodo contumaces mandatum eius praevaricantes [ignem [a]divinae ultionis senserint].

38. De praevaricatione Nordalbingorum et correptione, et qualiter id ipsum ei prius caelitus ostensum sit.

39. Quod multi oratione illius et unctione olei sacri sanati sint.

40. De infirmitate corporis eius assidua, et de ultima fatigatione. Et qualiter pro tristitia animi sui, pro[b] excessu mentis divinitus consolatus sit.

---

27. Qualiter virtus Domini Sueonibus patefacta sit, et ipsi vota spontanea Domino promitterent[c].

28. De morte Horici regis, et de persecutione iunioris Horici, et quomodo postea conversus quae antecessor suus concesserat stabiliret[d] et augeret.

29. Quomodo Ansfridum domnus archiepiscopus mitteret[e] et post eius reversionem Raginbertum et post eius mortem Rimbertum.

30. De vita et conversatione sanctissimi patris Ansgarii.

31. De pastorali eius gratia, et quomodo contumaces mandatum eius prevaricantes ignem divine ultionis senserint.

32.[f] De prevaricatione Nordalbingorum et correptione, et qualiter id ipsum archiepiscopo prius caelitus ostensum sit.

33.[f] Quod[f] multi oratione illius et unctione olei sacri sanati sint, et de infirmitate et ultima fatigatione corporis eius, et qualiter pro tristicia animi sui per excessum mentis divinitus consolatus sit.

34.[f] De procuratione rerum suarum, et de transmigrationis eius tempore.

a) *haec des.* 1. b) *lege*: per excessum. c) promiserint *B* 3. d) stabilierit et auxerit *B* 3. e) miserit *B* 3. f) *hi numeri et littera* Q *a rubricatore omissa sunt* B 1.

41. De procuratione omnium necessitatum. Et de modo atque tempore transmigrationis eius.

42. Qualiter ipse exempla omnium sanctorum secutus, finem vitae suae in bono certamine consummaverit. Et quomodo martyrii palmam pacis tempore veraciter consecutus sit.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT[a] LIBELLUS CONTINENS VITAM VEL GESTA SEU OBITUM DOMNI ANSKARII PRIMI NORDALBINGORUM ARCHIEPISCOPI ET LEGATI SANCTAE SEDIS APOSTOLICAE AD SUEONES SEU DANOS NECNON ETIAM SLAVOS ET RELIQUAS GENTES IN AQUILONIS PARTIBUS SUB PAGANO ADHUC RITU CONSTITUTAS.

1. Dominis[b] sanctissimis et in Christi amore praecipua veneratione recolendis ac[c] diligendis patribus et fratribus in sacratissimo Corbeiae[1] coenobio[d] Deo militantibus filii atque discipuli reverentissimi patris[e] Anskarii[f. 2] perennis[g] felicitatis orant in Domino dominantium pacem et salutem.

Diu per Domini gratiam pastoris boni munere delectati, praedicationibus et exemplis informati, meritis et intercessionibus suffulti, nunc tandem eius praesentia desolati, satis perpendimus, quid pro nobis gemendum quidve pro eo[h] gratulandum sit. Etenim verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo et in simplicitatis modestia permanens, certam de se praebuit[i] fiduciam, quod hinc sublatus, ad eum[k], quem semper tota devotione dilexit, cuique[l] semper animo intendebat, sine cunctatione pervenerit[m]. Unde pro retributionis eius[n] praemio[o] vere nobis gratulandum credimus, pro nostra autem[p] desolatione necessario suppli-

a) *atramento rubro et viridi scr.* 1; *titulus deest* 2; Incipit prologus Remberti in vitam S. Anscharii episcopi et confessoris 3ª; Incipit praefatio de vita sanctissimi patris Ansgarii de legatione eius *B* 1; Incipit vita sancti Ansgarii archiepiscopi. Salutatio *B* 3. b) *deest* 3ª. c) ac diligendis *des.* 3ª. d) monasterio 3ª. e) *deest* 3ª. f) Ansgarii *B* 1. 3 *constanter.* g) is *e corr.* 1; perhenne 2; perennem perpetue f. 3ª; perennem f. *B* 1. 3. h) illo 3ª. i) fid. pr. 3ª. k) Deum 3ª. l) *deest* 3ª, *ubi* semperque. m) eo p. 3ª. n) *deest* 3ª. o) premiis nobis vere 3ª. p) *deest* 2.

1) *Corbeiae veteris in Gallia. Manifestum, errare Adamum Bremensem* (*I*, 36), *qui Novam Corbeiam intelligit. D.* 2) *Significatio nominis Anscharii est 'prope littus' vel 'ripam' ('on shore' Angl.), indeque manarunt illa toties ab Anscharo repetita platearum, portarum, pontium nomina in Hamburgensi civitate: 'Schar-Markt, Scharthor, Maria to dem Schare' etc.; cf. Glossarium ad Neocori Chronicon Dithmarsicum 'Schar' et 'Underschar'. D. Sed rectius Lappenberg, ap. Schmidt l. l. p.* 539, *de vocabulo 'gar, ger' cogitavit; cf. Förstemann, 'Namenbuch' I, p.* 106.

candum, ut, qui[a] humanitus tanto destituti sumus pastore, cælitus divino muniri[b] mereamur auxilio. Inter varias etenim pressurarum angustias[c] positi, veraciter iam[d] sentimus, quid amiserimus et, quid pro nobis dolere debeamus[e], satis intellegimus. Vivente enim ipso, nihil [nobis[f]] deesse credebamus[g], quia[h] in ipso nos omnia habere gaudebamus. Eius namque[i] sanctitatem reges honorificabant, pastores ecclesiarum[k] venerabantur, clerus imitabatur, populus universus[l] admirabatur. Et dum illum cuncti sanctum et iustum praedicarent, nos quoque tanquam corpus capitis pro eius bonitate venerandi ac laudabiles videbamur. At nunc tanto munere frustrati, de nostris meritis non praesumimus, quin magis timido corde expavescimus, ne peccatis promerentibus luporum patere incipiamus *morsibus. Mundus nam- *p. 690.
que in maligno positus, magis ea quae iusta et sancta sunt evertere quam religiosa quaerit erigere. Et inimicus humani generis diabolus, quanto sanctiorem ac[m] religiosiorem quemque conspexerit ducere vitam, tanto maiori conamine adversa quaeque obicit, ut ea quae sancta[n] sunt destruat et, ne ab aliis imitentur, callida persuasione[o] ac[p] pravis intentionibus auferat. Nos itaque inter haec[q] formidolosa pericula suspirantes, licet multiplicia mala temporaliter[r] timeamus, ad[s] divinum tamen nobis subsidium recurrendum scimus, cuius[t] misericordiam nobis, licet indignis, non defuturam credimus. Ideoque vestram devotissimam sanctitatem supplici corde rogamus et poscimus[u], ut memores nostri intercedere pro[v] nobis ad Deum[w] dignemini, quo[x] nunc nos eius misericordia non relinquat[y], sed adiutor nostri[z] benignissimus noxia cuncta a nobis depellat; sitque nobis refugium in tribulatione, qui non deserit sperantes in se. De illius itaque clementia praesumentes spemque nostram in eius[a] misericordia collocantes et, quid nobis contingere vel qualiter in futurum subsistere debeamus, illius iudicio derelinquentes[b], pietatis eius gratiam toto cordis ac mentis affectu collaudamus et gratificamur[c], qui nobis vel ad tempus tanto concessit uti patrono. Vestrae quoque reverentissimae[d] paternitati atque[e] religiosissimae sanctitati gratiarum actiones immensas referimus, quia vestro beneficio ac licentia talem promeruimus patrem habere. Cuius exempla si quis imitari voluerit, caelestem quodammodo in terris conver-

a) ut *iterum add.* 3a. b) muneri *B* 1; divino protegamur auxilio 3a. c) pressuras p. 3a. d) id 3a. e) *e corr.* 1. f) *deest* 1. g) videbamus 3a. h) quia — gaudebamus *des.* 3a. *B. Cypr.* i) *deest* 3a. k) ecclesie 3a. *Cypr.* l) *deest* 2; p. u. a. *des. B* 3. m) et 3a. n) sunt s. 3a. o) suasione 3a. p) et 3a. q) *deest* 3a. *B.* r) tim. temp. 2. s) t. divinum tamen adiutorium nobis, licet indignis, non defuturum credimus 3a. *B.* t) cuiusque 2. u) petimus 3a. *B.* v) ad D. p. n. 2. w) Dominum *B*; d. ad Dominum 3a. x) quod 3a. y) derelinquat 3a. *B.* z) noster 3a. a) illius 3a. b) relinq. 2. c) glorificamus 3a. d) *deest* 3a; sanctissimae *B.* e) atque rel. sanct. *des.* 3a. *B.*

sationem[a] habebit; si quis doctrinae[b] recordatus fuerit, viam mandatorum Dei sine errore incedere poterit; si quis exhortationes[c] attenderit, laqueos inimici praecavere studebit. Huius itaque sanctissimi patris memoriam stilo exarare decrevimus et, qualiter apud nos vixerit, quidque de eo nobis cognitum extiterit, vestrae reverentiae scriptis intimare, quo et[d] divinam clementiam in beato viro vestra quoque[d] nobiscum collaudet affectio, et imitari volentibus exemplum salutis fiat eius sanctissima devotio.

2.[e] Cuius[f] religionis sanctitas, divina largiente gratia, ab ineunte crescere[g] coepit aetate et per singula aetatum momenta suae multiplicavit devotionis[h] augmenta. Namque ab infantia spiritalibus[i] revelationibus caelitus inspiratus, et per Domini gratiam superna est[k] visitatione saepius admonitus, quo mentem suam a terrenis disiungens, toto corde caelestibus inhiaret[l]. Quas quidem revelationes ipse[d] quibusdam nostrum, qui ei familiarius adhaerebant, innotuerat, eo tamen tenore, ne tempore vitae suae cuiquam manifestarentur. Quas nos ad laudem Domini post obitum eius huic operi interserere[m] delegimus[n], ut quique legentes agnoscant[o], quanta gratia Dominus servum suum a primaeva aetate corrigere[p] ac deinceps succedentibus bonorum operum meritis clarificare dignatus fuerit[p]. Referebat namque, quod in tempore pueritiae suae, cum quinque fere[d] esset annorum, mater sua, in Dei timore admodum religiosa, defuncta fuerit, ac non multo post tempore[q] ipsum pater suus causa discendi litteras[r] ad scolam miserit. Ubi cum esset positus, coepit, ut tali aetati familiare est, cum coaevis[s] suis pueriliter agere et discursis[t] inanibus atque iocis magis operam dare quam discendae disciplinae instare. Cumque puerili levitati[u] taliter deditus esset, visum est ei quadam nocte, quod esset in quodam loco nimis lutoso et lubrico, ita ut inde[v] nonnisi cum magna difficultate exire valeret; secus illum vero locum esse viam amoenissimam, in qua videbat procedentem quandam quasi dominam, omni ornatu et honestate praeclaram, plures vero alias sequentes[w] feminas dealbatas, cum quibus erat et[x] mater sua. Cumque eam recognovisset, coepit velle[y] ad eam accurrere; sed de loco illo coenoso et nimis[z] lubrico non facile exire poterat. Chorus autem ille feminarum cum ei appropiasset[a], visum est illi,

a) h. c. 3a. *B.* b) eius *add.* 3a. *B.* c) monita exhortationis eius 3a. d) *deest* 3a. e) Incipit vita *add.* 3a. f) Beatissimi patris Anscharii 3a. g) i. aetate cr. c. 2. h) virtutum mult. augmenta 3a. i) spiritualibus 2. k) vis. est 3a. *B.* l) iniaret 3a. m) inserere 3a. n) elegimus 3a. *B.* o) annoscant 2. p) correxit . . . fuit 3a. q) tem *e corr.* 1. r) a *e corr.* 1. s) sociis *add.* 3a. t) *ita* 1. 2. *B*; discursibus 3a. u) levitate 1; (a)etati 3a. *B. Hensch.* v) *inc. B* 2. 2*. w) *deest* 3a. *B* 1; a. s. *des. B* 2; f. s. eam d. 2. x) *deest* 2. y) ad eam velle 3a. z) minus 3a. a) appropinquasset 2. *B* 2.

eam[a], quae quasi domina aliarum *videbatur, quam ille indubitanter sanctam Mariam esse credebat, ei dixisse: 'Fili, vis ad matrem tuam venire'? Cui cum ille respondisset, inhianter se velle, rursus illa intulit: 'Si nostrae societatis particeps esse volueris, omnem debes vanitatem fugere et[b] iocos pueriles dimittere[c] ac[d] temet ipsum in gravitate vitae custodire. Valde enim nos detestamur omnia quae vana et ociosa sunt, nec potest in nostro conventu esse, quicumque his[e] fuerit delectatus'. Post hanc itaque[f] visionem statim se[g] coepit gravius agere et puerilia consortia vitare[h], lectioni[i] et meditationi caeterisque utilitatibus artius se occupare, ita ut socii eius valde mirarentur, quod tam subito in aliam mutatus sit conversationem[k]. * p. 691.

3.[1] Cumque post[m] haec apud vos tonsoratus atque in monasticis disciplinis positus adolescentior fuisset factus, humana subripiente[n] fragilitate, aliquantulum coepit a propositi prioris rigore[o] frigescere. Interim vero[p] contigit, eum[q] domni excellentissimi[r] Karoli imperatoris obitum audisse[q], quem ipse antea in magna potentia gloriosum[s] viderat atque cum magna prudentia regni sceptra[t] laudabiliter gubernasse audierat[u]. De tanti itaque imperatoris excessu ipse nimio terrore atque[v] horrore perculsus, rursus coepit ad se redire et admonitionis sanctae Dei genetricis ad memoriam verba reducere. Sicque[w], omni postposita levitate, compunctionis divinae coepit amore languescere, totumque se in Dei servitium[x] convertens, orationi et vigiliis atque abstinentiae operam dabat[y]. Cumque his virtutum exercitiis verus athleta Dei[z] insisteret, atque in hac gravitate permanenti mundus[a] illi mortuus fieret, et ipse mundo: adveniente[b] die sancto[c] pentecosten, gratia Spiritus sancti, quae in eadem festivitate super apostolos effusa est, etiam[d] mentem illius, ut credimus, illustrante[e] atque exhilarante[e], visum est illi eadem nocte, quod[d] casu[f] subitaneo mori deberet[g] et in ipso mortis articulo sanctum Petrum apostolum et beatum Iohannem baptistam in adiutorium sibi invocasset[g]; cumque[h] anima[i], ut ipsi videbatur, egrederetur[d] a corpore ac[k] statim in alia[l] pulcherrima specie corporis omni mortalitate ac[m] sollicitudine carentis appareret, sub eodem mo- 814. cf. Gal. 6, 14.

a) ea 3a. b) *deest* 3a. c) devitare *B* 2. d) ac — custodire *des.* 3a. e) q. *f.* hisce del. 3a. f) igitur 3a. g) c. se gr. 3a; se *deest B* 2. h) devitare 3a. *B* 2. i) lectione et (autem *B* 3) meditatione *B.* k) mutatus est in al. convers. 3a. l) *c. 3. infra verbis* Interim vero *incip. B, hoc loco Gualdo.* m) post haec *des.* 3a. n) suprepente 3a; subrepente *B* 2. 3. o) vigore 3a. p) *deest* 3a. q) cum . . . audisset 3a. r) reverentissimi 2. s) glor. — prudentia *des. B* 2. t) regna l. 3a. u) iudicarat 3a. v) atque h. *des.* 3a. w) Et sic p. o. 3a. x) servitutem 3a. y) dedit 3a. z) Domini 3a; Anscharius *add. B* 2. a) mort. illi mundus 3a. b) adv. autem *B* 2. c) *deest* 3a; s. d. *B.* d) *deest* 3a. e) illustravit a. exhilaravit 3a. f) quod quasi c. *B.* g) debere . . . invocasse 3a. h) c. 4. *Gualdo.* i) a. eius ut sibi v. *B* 2. k) *deest* 2. l) aliam pulcherrimam speciem 3a. m) ac sollic. *des.* 3a.

mento mortis et admirationis apparuerunt praefati viri. Quorum unus[a] erat senior, cano capite, capillo[b] plano et spisso, facie rubenti, vultu subtristi, veste candida et colorata, statura brevi; quem ipse sanctum Petrum esse nemine narrante[c] statim agnovit. Alius vero iuvenis erat, statura procerior, barbam emittens, capite subfusco atque subcrispo, facie macilenta, vultu iocundo, in veste serica; quem ille sanctum Iohannem esse[d] omnino credidit. Hi itaque eum hinc inde[e] circumsteterunt[f]. Porro anima eius egressa, statim in immensa claritate, qua totus mundus implebatur, sibi videbatur esse. Per quam illum[g] claritatem, nullatenus in aliquo laborantem, sancti supra dicti[h] miro et ineffabili modo ducentes[i], cum pervenissent ad locum quendam, quem ipse ignem purgatorium esse nemine narrante certissime sciebat, ibi eum dimiserunt. Ubi cum multa passus esset, praecipue tamen tenebras densissimas pressurasque inmanissimas[k] et suffocationes visus est tolerasse; atque omni memoria ablata, hoc[l] solum vix cogitare[m] sufficiebat, quomodo tam immanis posset aliqua[n] existere poena. Cumque[o] ibi[p] per triduum, ut ipse putabat, cruciaretur, quod spatium illi mille annis longius propter immensam poenam visum est: rursum[q] redeuntes iam supra[r] dicti viri iterumque illum hinc inde circumstantes et longe maiori quam prius alacritate laetantes atque in omnibus multo[s] suavius incedentes, per maiorem, si dici possit, claritatem gressu[t] immobili sine via corporea ambulantes ducebant. Et ut verbis ipsius utamur: 'Videbam', inquit[u], 'a longe diversos sanctorum[v] ordines, quosdam vicinius, quosdam vero longius ab oriente assistentes[w], ad orientem tamen respicientes; ipsumque qui in oriente apparebat collaudantes, quidam submissis capitibus, quidam supinis vultibus tensis-
*p. 692. que[x] manibus *adorabant. Cumque pervenissemus ad locum orientis, ecce viginti et[y] quattuor seniores, secundum quod
Apoc. 4, 4. in Apocalipsi scriptum est, in sedibus sedentes, servato introitu amplissimo, apparuerunt; qui et ipsi reverenter ad orientem respectantes[z], ineffabiles Deo[a] laudes promebant. Laudes vero in commune canentium suavissimam mihi refectionem ingerebant, sed post reversionem ad corpus retineri[b] nullo modo potuerunt[c]. In[d] ipso vero orientis loco erat splendor mirabilis, lux inaccessibilis nimiae[e] atque

a) er. u. 2. *B*. b) pallio 3[a]. c) inarrante 2. — st. *deest B* 2. d) *deest* 3[a]; o. e. 2. e) eum undique 3[a]. f) circumstiterunt 1; *e corr. B* 2. g) cl. illum 3[a]. *B*. h) s. viri *B* 2. i) d. eum. Cumque *B* 2. k) inanissimas 2. l) haec 3[a]. *B*. m) excogitare 3[a]. n) *deest* 3[a]. o) *c. 5. Gualdo*. p) C. p. tr. ut i. p. ibi cr. 3[a]. *B*. q) rursus 3[a]. r) *deest* 2. *B*; r. praedicti v. red. 3[a]; redientes v. praefati *B* 2. s) *deest B* 2. t) gressum 3[a]. u) infit 3[a]. v) sociorum 3[a]. w) assistententes 1. x) pensisque *B* 3. y) *deest* 3[a]. z) respicientes 3[a]. a) Domini *B* 3. b) retinere 3[a]. *B*; n. m. r. 2. c) poteram 3[a]; potueram *B*. d) *c. 6. Gualdo*. e) n. atque *des.* 3[a]; m. n. l. acc. atq. *B* 3.

immensae claritatis; cui inerat omnis color praeciosissimus omnisque iocunditas. Omnes vero sanctorum[a] ordines, qui undique laetantes circumstabant, ab ipso gaudium hauriebant. Qui splendor tantae magnitudinis erat, ut nec initium eius nec finem contemplari valerem. Et cum circumquaque[b] longe vel prope respicere possem, in ipsa immensitate luminis, quid[c] intus haberetur, contemplari non poteram, sed tantum[d] superficiem cernebam[e]; ipsum tamen inibi[f] esse credebam, de quo Petrus ait: *In quem desiderant angeli pro-* 1. Petr. 1, 12.
spicere. Ab ipso namque claritas immensa[g] procedebat, ex qua omnis longitudo et latitudo sanctorum[h] illustrabatur. Ipse quoque quodammodo[g] erat in[i] omnibus, et omnes in eo; ipse omnia[k] exterius circumdabat, ipse omnes[l] interius satiando regebat; ipse superius protegebat, ipse inferius sustinebat[m]. Sol vero et luna nequaquam lucebant ibi, nec caelum ac terra ibidem visa sunt. Sed neque ipsa claritas talis erat, quae oculos contemplantium impediret, sed quae oculis[n] gratissima existeret mentesque cunctorum suavissime satiaret. Et[o] cum seniores sedentes dixerim, in ipso quodammodo sedebant. Nam nihil[p] corporeum erat ibi; sed erant cuncta incorporea, licet speciem corporum habentia et ideo ineffabilia. Circa sedentes vero splendor ab ipso procedens, similis arcui[q] nubium tendebatur[r]. Cum itaque a praefatis viris coram hac immensitate luminis, ubi mihi maiestas omnipotentis[s] Dei nemine monstrante esse videbatur, praesentatus[t] fuissem ipsisque[u] mecum pariter adorantibus adorassem, vox suavissima, omni sonoritate clarior, quae[v] mihi omne quoque[w] saeculum visa est implevisse[x], ab eadem maiestate procedens, ad me facta est, dicens: "Vade, et martyrio coronatus ad me reverteris[y]". Ad quam vocem omnis concentus[z] sanctorum[a] Deum[b] hinc inde laudantium conticuit atque submissis vultibus adoravit. Denique[c] speciem, a qua haec vox formata esset, prorsus non vidi. Post[d] quam vocem tristis factus, quia ad saeculum redire compellebar[e], sed de revertendi promissione securus, cum praedictis ductoribus exinde remeabam. Qui mecum tam euntes quam redeuntes nihil locuti sunt, sed tam[f] pio affectu in me respiciebant[g], quemadmodum mater unicum filium contemplatur. Sicque ad corpus redii. In eundo vero

a) sociorum 3a. b) et circ. cum 3a. c) quod 3a. d) tamen 3a. e) cernerem 3a. f) t. Iesum credebam 3a. g) *deest* 3a. h) sociorum illuminabatur 3a. i) in o. *des. B* 2. k) omnes 3a. *B.* l) omnesque 3a. m) sustentabat 3a. n) q. oculos gratissime satiaret 3a. *B.* o) *c. 7. Gualdo*; Et cum seniores — nubium tendebatur *des.* 3a. p) nil 2. *B.* q) arcu 2, *corr.* arcui 1. r) tenebatur *B.* s) D. o. 3a. *B.* t) pr. f. *des.* 3a. u) ipsisque — adorassem *des.* 3a. *B.* v) quia *B.* w) *deest* 3a. *B.* x) visum est omne sec. impl. 3a; complevisse *B* 3. *Hensch.* y) et ad me revertere 3a. z) conventus 3a. *B.* a) sociorum 3a. b) h. i. l. D. 2; inde *deest* 3a. c) Deinde 2; D. haec vox a quo formata est pr. 3a. d) *c. 8. Gualdo.* e) compellabar 3a f) tamen pro 3a. g) respiciebat *B* 3.

ac redeundo nec labor erat nec mora, quia quo tendebamus statim aderamus. Et licet aliqua visus sim[a] de tanta dulcedine dulcedinum enarrasse, fateor tamen, quia nequaquam stilus tanta exprimere potuit, quanta animus sentit. Sed nec ipse animus sentit ut fuit, quia illud mihi[b] esse vide-
1. Cor. 2, 9. batur, quod 'oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit'. Ex hac itaque visione, quam sicut ipse dictaverat verbis illius enarravimus, praefatus servus Dei[c] et perterritus et consolatus, coepit se sollicitius in divino exercere[d] timore bonisque operibus de die in diem ardentius inherere spemque de Dei misericordia praesumere, quod[e], qualibet[f] ipse disponeret occasione[g], ad martyrii[h] palmam posset pertingere. Quod tamen, quia corporaliter gladio imminente non contigit[i], qualiter in mortificatione[k] crucis, quam iugiter in suo corpore pro Christi nominis honore portavit, Deo miserante completum sit[l], cum de obitu illius[m] narrare coeperimus[n], latius explicabimus[1].

4.° Post haec vero, cum magister fuisset scolae ad Sanctum Petrum, eundo vel redeundo ad claustram[p], consue-
*p. 693. tudinem[q] sibi fecerat in oratorio beati[r] baptistae *Iohannis precibus secretius insistere. Itaque post duos annos superioris visionis quadam nocte visum est ei, quod ad idem oratorium causa[s] orandi divertisset. Cumque ab oratione surrexisset, ecce vir per ostium[t] veniebat, statura procerus[u], Iudaico more vestitus, vultu decorus. Ex cuius oculis splendor Divinitatis velut flamma ignis radiabat. Quem intuitus, omni cunctatione[v] postposita, Christum dominum esse credebat, atque procurrens, ad pedes eius corruit. Cumque prostratus in facie iaceret, ille[w] ut surgeret imperavit. Cumque surgens[x] coram illo reverenter astaret atque prae nimio splendore ex oculis illius[y] emicante in faciem eius intendere non valeret, blanda voce ipsum[z] allocutus est, dicens: 'Dic', ait, 'iniquitates tuas, ut iustificeris[a]'. Cui servus[b] Dei respondit: 'Domine, quid necesse est tibi dicere? Tu omnia nosti, et nihil te latet'. Ille autem subsecutus ait: 'Scio quidem[c] omnia, sed ideo volo, ut confiteantur mihi homines peccata sua, ut remissionem[d] accipiant'. Cui cum omnia quae ab

a) sum 3a. *B* 2. b) e. m. 3a. *B*. c) Anscharius *add. B* 2. d) t. e. 3a. e) quam 3a. f) quadam *B* 3. *Hensch.* g) ut *add.* 3a. *B*. h) p. m. 3a. *B*. i) contingit 3a. *B* 2. k) q. mortificatio *B* 2. l) est 3a. m) eius 3a. n) incoeperimus 3a; enarrare c. *B* 2. o) c. 9. *Gualdo.* p) claustrum 3a. *B*. q) consuetudo sibi fuerat 2; faciebat 3a. *B* 1 (iebat *e corr.*); c. faceret coepit in *B* 2. r) *deest B* 1; I. b. *B*; sancti I. b. 3a. s) or. c. 3a. t) hostium 2. *B* 2. u) procera 3a. v) cont. 2. w) *deest* 3a. x) surgeret et 3a. y) eius 3a. *B* 1; ipsius *B* 3. z) *eadem m. in marg. suppl.* 1; v. locutus est ad eum dicens 3a. a) Domino i. *B* 2. b) D. s. 2?3a. *B* 1. c) inquit 3a. d) r. peccatorum *B* 2.

1) *V. infra c.* 40.

infantia gesserat indicasset, et illo post haec in orationem[a] prostrato ipse erectus astaret, dixit[b]: 'Noli timere, quia ego sum qui deleo iniquitates tuas'. Post quam[c] vocem ille[d] qui apparuerat recessit[e]; et vir Dei excitatus a[f] somno, de fiducia remissionis peccatorum suorum confortatus, immenso tripudiabat gaudio.

5.[g] Quo etiam tempore contigit, quod vestrae[h] reverentiae notissimum est, ut quidam puerulus in scola Fulbertus nomine a socio suo tabula percussus ad[i] mortem usque perductus sit[k]. Pro qua re praedictus servus Dei nimium[l] tristis effectus est, quod sub cura magisterii sui tanta neglegentia inter[m] subditos sibi acciderit. Verum appropinquante hora exitus ipsius pueri, vir Dei[n] forte sopori[o] deditus lectulo[p] incubabat. Cum[q] ecce vidit in somnis[r], ipsius[s] animam a corpore sublatam angelico ministerio ad caelum deferri, se quoque miro et ineffabili mysterio[t], Deo disponente, pariter comitari. Cumque caeli[u] secreta penetrassent, pueri praefati animam in quandam purpuream mansionem conspexit introduci et[v] inter agmina martyrum collocari. Ibique ei[w] datum est agnovisse, quod, quia ipse[x] puer vulnus sibi illatum satis[y] patienter tulit et animam fratris usque ad mortem diligens pro percussore suo nimium benigne intercessit[z], patientiam et benignitatem eius divina remunerante pietate, inter martyrum choros deputatus sit. Hoc autem tam celeri visu[a] in hora mortis eius ei demonstratum est, ita ut, dum adhuc[b] in his moraretur, venerandus pater Witmarus[c], qui cum eo tunc[d] scolam puerorum regebat, et huius rei testis praesens adest[1], cum pro hoc ipso illum[e] excitans obitum discipuli nuntiaret[f], ille se hoc quoque[g] ante scire responderit. Quod[h] profecto Domini gratia causa[i] consolationis ei videre concessit, ut, quia pro hac re nimium tristabatur, ex salute[k] pueri maestitiam sui relevaret animi.

6.[l] His itaque[m] et aliis quam plurimis revelationibus atque[n] visionibus vir Dei caelitus inspiratus, quanta inter vos postmodum gratia[o] sanctitatis ac bonitatis excreverit, vestrorum[p] qui tunc affuere melius[q] testimonio comprobabitur. Nobis autem ea[r] quae apud nos gesta sunt narrare

a) oratione 2. 3a. *B* 2. b) ait 2. c) hanc 3a; q. visionem ac vocem *B* 2. d) *deest* 3a. e) evanuit *B* 2. f) *deest* 2. *B*. g) *c.* 11. *Gualdo, qui breve inserit c.* 10. h) vrae *e corr.* 1. i) usque ad m. 3a. k) est 2. l) nimis 2; n. contristatus q. *B* 2. m) inter subditos *des.* 3a. n) Domini *B* 3. o) sopore 1. p) loculo 3a. q) et 3a. r) in corpore et in somnis 3a. s) a. i. 3a; a. pueri *B* 2. t) ministerio 3a. *B*. u) coelorum 3a. v) ibi *add.* 3a. w) d. est ei 3a.; quod ei datum a. *B* 2. x) puer ille 3a. y) *deest* 2. z) intercesserit 3a. a) tam celerius 3a. *B*. b) in h. a. m. 3a. c) Wichmarus 3a; Withmarus *B* 2. d) *deest* 3a. e) ipsum 3a. f) indicaret *B* 2. g) *deest* 3a. *B* 2. h) *e corr.* 1. i) cons. causa 3a. k) p. s. 3a. l) *c.* 6. *infra verbis:* Ceptum est itaque *inc. B* 1. 3. m) ergo 3a. n) et 2. 3a. o) s. gr. 3a. *B*. p) virorum 3a; nostrorum *B* 2 (*ubi supra et post* nos). q) t. m. 3a. *B*. r) *deest* 3a.

1) *Witmarum in vivis fuisse cum Rimbertus hunc libellum conscriberet, et cap.* 10. *arguit. D.*

cupientibus, primo indagandum videtur propter eos qui huius rei forte minus conscii sunt, qua occasione a loco stabilitatis suae huc secesserit, et cum apud vos[a] Deo[b] oblatus sit ibique oboedientiam promiserit, quo instinctu cuiusque[c] rei dispositione ad has partes emigraverit atque ad episcopatus officium apud nos sublimatus sit. Hoc autem ideo[d] scribere necessarium duximus, ne forte aliquis[e] levitati assignet, quod vir Dei divinae conpunctionis instinctu et peregrinationis amore[f] pro salute[g] animarum suscepit. Coeptum est[h] itaque olim in his partibus, videlicet Saxoniae, monasterium
*p. 694. fieri, quod auctoritate et magisterio sanctitatis[i] *vestrae et primo fundatum et succedenti tempore Deo donante feliciter consummatum est, nomenque mutuatum a loco habitationis
822. vestrae accepit[k], ut vocaretur Nova Corbeia. Ad hunc ergo[l] locum Dei famulus[m] una cum aliis fratribus vestris[n] primo directus est, ut inibi officio fungeretur docendi. In[o] qua re ipse per omnia tam probabilis et acceptus inventus[p] est, ut omnium electione publice quoque[q] in ecclesia verbum Dei populis praedicaret. Sicque factum est, ut eiusdem loci ipse primus et magister scolae et doctor fieret populi.

7.[r] Post haec vero contigit, ut Herioldus[s] quidam rex, qui partem tenebat Danorum, ab aliis ipsius provintiae regibus odio et inimicitia conventus, regno suo expulsus sit[t]. Qui serenissimum adiit imperatorem Hludowicum[u], postulans, ut eius auxilio uti mereretur, quo regnum suum denuo[v] evindicare valeret. Qui eum[w] secum detentum tam per se quam per alios ad suscipiendam christianitatem cohortatus, quod scilicet inter eos ita maior familiaritas esse posset, populusque christianus ipsi ac suis promptiori voluntate in adiutorium sic veniret[x], si uterque unum coleret[y] Deum,
826. tandem gratia[z] divina tribuente ad fidem convertit, et sacro baptismate perfusum ipse de sacro fonte suscepit sibique in filium adoptavit. Quem[a] cum iterum ad sua remittere vellet, ut eius auxilio munitus[b] regni sui fines repeteret, coepit diligentius quaerere, si quem inveniret sanctae devotionis virum, qui cum eo ire posset eique continuo adhereret fieretque illi et suis ad corroborandam suscipiendamque fidem Domini[c] magister doctrinae salutaris. De hoc itaque praedictus augustus[d] in publico conventu optimatum suorum cum sacerdotibus suis[e] ceterisque fidelibus tractare coepit et, ut

a) nos *B* 2. 3. b) Domino 2. c) cuiusque rei dispositione *des.* 3ª. *B*. d) *deest* 3ª. e) forte lev. quis ass. 3ª. f) amorem *B*. g) a. s. 3ª. h) it. est 3ª. i) m. vestro 3ª. k) suscepit 3ª. l) *deest* 3ª, *ubi* D. l. m) Anscharius *add. B* 2. n) *deest B* 1. 2. o) In quo ipse in ipsa re tam 3ª. p) est i. 3ª. q) *deest* 3ª. r) 12. *Gualdo*. s) Heroldus *h. l. B* 2. t) est 3ª. u) Ludovicum 2. 3ª. *B* 2; Lhudouuicum *B* 1. 3. v) *deest B* 2. w) dum 3ª. x) venerit 2. *B* 2. y) D. c. 3ª. *B* 1. 2; Dominum c. *B* 3. z) d. gr. 3ª. a) *c.* 13. *Gualdo*. b) monitus *corr.* munitus 1. c) *deest B* 2. d) austus 2. e) sac. (sacerdotibusque *B* 2) cet. fid. suis 3ª. *B*.

sibi aliquem ad tale opus et voluntarium et condignum invenirent, sollicitius omnes rogare. Quod[a] cum universi abnuerent, nullatenus se quemquam[b] scire dicentes tantae devotionis virum, qui peregrinationem tam periculosam pro Christi nomine suscipere vellet, extitit tunc[c] temporis venerabilis abbas monasterii [vestri[d]] Wala[e], qui memorato[f] imperatori dixit, unum se scire monachum in monasterio suo[1], qui multo ardore circa divinam religionem ferveret ac pro Dei nomine multa pati desideraret. Cuius quoque pariter institutionem ac mores laudavit et, quod ad hoc opus satis[g] esset idoneus, indicavit. Se[h] tamen nescire testatus est, utrum ad hanc peregrinationem tolerandam voluntarius esset. Quid plura? Iubente rege evocatur ad palatium. Cui abbas cuncta quae acta et[i] dicta sunt retulit et ad quid vocaretur aperuit. Qui se ad Dei servitium in omnibus, quae ei causa oboedientiae iniungerentur, paratum esse respondit. Deductus[k] itaque ad praesentiam augusti, cum ab ipso interrogaretur, utrum[l] pro Dei nomine causa in[m] gentibus Danorum euangelium praedicandi comes fieri vellet Herioldi, omnino se velle, constanter[n] respondit. Cui[o] etiam cum abbas intulisset, nullatenus se tantum onus iubendo illi imponere; si ipse tamen hoc sua sponte eligeret, sibi gratum esse et[p] suae auctoritatis ei licentiam dare. Quod[q] ille nihilominus se et[r] eligere et modis omnibus perficere[s] velle respondit. Denique[t], cum haec publice protestarentur[u], essetque cognitum[v] omnibus qui in domo conversabantur abbatis, coeperunt multi tantam eius admirari immutationem[w]; quod scilicet[x], relicta patria et propinquis suis, fratrum quoque[y], cum quibus educatus fuerat, dulcissima affectione, alienas expetere[z] vellet nationes et cum ignotis ac[a] barbaris conversari. Multi quoque eum[b] super hoc detestari et improperiis lacessire[c], quidam a proposito revocare conabantur; sed vir Dei in coepta voluntate immobilis permanebat. Denique cum abbas per dies[d] singulos ad palatium iret, ipse domi residens consortia *omnium fugiebat, et in quadam vinea iuxta posita *p. 695.

a) *c.* 14. *Gualdo.* b) quicquam 3a; quaecunque *B* 2. c) *in marg. suppl.* 1. d) *deest* 1. e) Walo 3a. *B.* f) *deest* 3a. g) e. s. i. 3a. *B* 1. 3; s. i. e. *B* 2. h) sed tamen se 3a. *B.* i) et d. *des.* 2; et facta sunt q̄ dicta *B* 2; dictaque erant simul retulit 3a. k) *c.* 15. *Gualdo.* l) si 3a. m) c. pr. in g. Dan. com. 3a. *B* 1. 2; ad praedicandum in g. Dan. com. *B* 3. n) *deest B* 2. o) cum etiam 3a; et. c. *des. B* 2. p) ac 3a. q) *post del.* 1. r) *deest* 3a. *B* 2. s) se perf. 3a. t) *c.* 16. *Gualdo.* u) protestaretur 3a. v) o. c. 3a. w) mutationem 3a. x) rel. sc. 3a. y) fratrumque 3a. z) v. e. 3a. *B.* a) et 3a. *B* 2. b) s. e. h. 3a. *B.* c) lacessere 3a. *B* 2. 3. d) s. d. 3a. *B.*

1) *Corbeiam novam nondum a Corbeia veteri, cum abba fuit Wala, separatam esse, ex hoc loco conicere licet; cf. Dehio I. Ann. p.* 9. *Quare* vestri *post additum esse putarim, nisi statuere malis, codicis* 1 *scriptorem propter vocabulum* suo *illud* vestri, *quod cum eo pugnare videbatur, omisisse.*

solitarium sibi locum eligens, orationi et lectioni vacabat. Erat[a] autem[b] tunc ibi etiam cum domno abbate quidam frater monasterii vestri nomine Autbertus[c]. Qui cum eum nimis[d] sollicitum ac tristem et cotidie secretim[e] sibi consistere et nullius consortio vel colloquio uti videret, coepit ei compati. Et quadam die pergens ad locum ubi in supradicta vinea solus sedebat, coepit ab eo inquirere, utrum veraciter peregrinationem illam vellet suscipere. Qui sperans, eum hoc non ob compassionem[f], sed propter astutiam magis inquirere, respondit: 'Quid[g] vobis curae est super hoc? Nolite mentem meam tali inquisitione conturbare'. Ille vero nihil omnino se deceptionis in hac re praetendere testabatur, sed magis veraciter scire velle, utrum ille in proposita voluntate disponeret perseverare. Tunc ipse congratulans eius benivolentiae, respondit: 'Ego interrogatus sum[h], si pro Dei nomine vellem in[i] gentes ire paganas ad praedicandum euangelium Christi. Cui propositioni ego[h] nequaquam reniti[k] ausus sum[l], immo totis viribus exopto, ut mihi ad hoc copia detur eundi, nullusque ab hac intentione mentem meam immutare[m] poterit'. Tunc praefatus frater ei respondit: 'Et ego te numquam patiar solum ire, sed pro Dei amore tecum proficisci[n] cupio, tantum ut domni abbatis mihi licentiam impetres'. Firmata[o] itaque inter eos hac[p] religiosa conventione, redeunti abbati ipse obvius astitit et, quod sibi socium inventum haberet, qui huius profectionis comes esse voluntarius vellet, indicavit. Cuius personam cum abbas inquireret, et ille fratrem Autbertum nominaret, multo miraculo obstupuit, nequaquam putans, eum, qui et nobilis prosapiae in saeculo et apud eum tunc familiaris ac post ipsum domus eius procurator habebatur, talia velle. Advocatum tamen eum super hoc interrogavit. Qui respondit, nequaquam se[q] pati posse, ut ille solus iret; sed pro Christi nomine se velle ei solatio et adiutorio fieri, si suam et fratrum[r] haberet licentiam. Cui domnus abbas, se daturum licentiam, si ille spontanee hanc profectionem eligeret, respondit, nullum tamen eis ex familia sua[s] comitem ad obsequium servitii deputaturum, nisi forte ipsi[t] aliquem ad hoc provocare possent, ut sua sponte cum eis ire vellet. Hoc autem venerabilis abbas non de inaffectione faciebat, sed quia abominabile eo tempore et iniustum videbatur, ut quis invitus inter paganos conversari cogeretur.

a) c. 17. *Gualdo.* b) et. t. q. i. c. a. fr. 3ª (domno *deest*). c) Authb. *B* 2; Audb. *B* 3, *et ita post.* d) soll. n. ac 2. e) secretum 3ª. *B* 3. — ibi 3ª. *B.* f) non compassionis hoc 3ª. g) Quid — beniv., respondit. Ego *des.* 3ª. h) *deest B* 2. i) inter 3ª, *corr.* in 1; v. inire p. g. *B* 2. k) *incipit* 3, *ubi* renui. l) extiti *B* 2. m) p. i. 3ª (*qui usque ad verba* frater eius *scripsit*). *B.* n) proficiscar t. *B* 2. o) *novum cap.* (18) *inc.* 2. 3. *Gualdo.* p) tam *B.* q) n. posse pati *B.* r) fr. suorum *B* 2. s) *deest B.* t) ipsi — cum eis *des. B* 2.

Post[a] haec itaque ambo deducuntur ad regem. Quorum voluntati et desiderio [ipse[b]] condelectatus, dedit eis ministeria ecclesiastica[1] et[c] scrinia atque tentoria ceteraque subsidia, quae tanto itineri videbantur necessaria, et cum praefato Herioldo ire praecepit; denuncians, ut eius fidei maximam impenderent sollicitudinem eumque et suos qui simul[d] baptizati fuerant pia exhortatione, ne ad pristinos reducerentur diabolo[e] instigante errores, continue roborarent simulque etiam alios ad suscipiendam christianam[f] religionem verbo praedicationis strenue commonerent. Dimissi[g] itaque ab imperatore, nullum habuerunt socium, qui eis aliquid servitii impenderet, quoniam nemo ex familia abbatis cum eis sua[h] sponte ire, nec ille quemquam[i] ad hoc invitum volebat cogere. Herioldus quoque, cui commissi fuerant, adhuc rudis et neophitus, ignorabat, qualiter servi Dei tractari debuissent. Sui quoque, tunc nuper conversi et longe aliter educati, non multa super eos cura intendebant. Cum gravi itaque difficultate hanc suscipientes peregrinationem, pervenerunt Coloniam[k]. Ubi tunc temporis venerandus antistes Hadebaldus[l], compatiens eorum necessitati, dedit eis navem optimam, ubi sua reponerent; in qua erant duae mansiunculae[m] satis oportune[n] praeparatae. Hanc itaque praedictus Herioldus conspiciens, elegit ipse in eadem navi cum illis manere, ut ipse una et illi altera potirentur mansiuncula[o]; sicque inter eos familiaritas coepit et benivolentia crescere; sui quoque exhinc servitium eis diligentius *impendebant. Inde egressi[p], per Dorstatum[q. 2] et vicinia Fresonum[r] transeuntes, ad confinia pervenerunt Danorum. Et quia interdum pacifice in regno suo Herioldus rex consistere non poterat, dedit ei memoratus augustus ultra Albiam beneficium[3], ut, si quando ei necessarium esset, ibi subsistere posset. *p. 696.

a) *c.* 8 *inc. B*; *novum cap.* (19) *inc.* 2?3. *Gualdo.* b) *deest* 1; c. ipse d. 2. c) *deest B.* d) cum eo *add.* 2. e) lo in *e corr.* 1. f) christianitatem v. 2. g) *novum cap.* (20) *inc.* 2?3. *Gualdo.* h) *deest B* 2. i) quemcunque *B* 2. — adhuc *B* 3. k) Colonia 2. l) Hadeboldus 2. 3 *B.* m) mansionc. 2; mansiones *B* 2. n) oportunae *corr.* oportune 1; opportunae *B* 3. o) mansionc. *B* 2. p) ingresi 2. q) Dostatum *corr.* Dorstatum 1; Dorstratum *B* 1. 3; Dorstadum *B* 2. r) Fersonum 2. 3; Frisonum *B* 2.

1) *Vasorum et vestimentorum necnon librorum apparatus ad ministeria ecclesiastica obeunda; cf. c.* 14. *et* 16. *Proprio nomine 'capella'. D.* 2) *Wijk te Duerstede.* 3) *i. e. beneficium in Nordalbingia; is enim constat Rimberto usus loquendi; cf. vel c.* 22. *Caeterum veterem de hoc beneficio, quodnam fuerit, rixam, de qua fuse Langebekius, instaurare, vix huius loci. Equidem Rimbertum, quem plura fefellerunt, memoria lapsum puto, supra Albiam beneficium vocantem, quod infra Albiam esset. Partem Frisiae fuisse et comitatum quidem Rustringensem, testantur cum Thegano Einhardi Annales a.* 826. *D. Equidem hoc loco aliter ac c.* 22, *ubi de episcopatu Verdensi agitur,* ultra Albiam *significare: e meridie Albiae, puto; cf. Dehio l. l. p.* 9.

8.[a] Praefati itaque servi Dei cum eo positi et[b] aliquando inter christianos, aliquando inter paganos constituti, coeperunt verbo Dei insistere et quoslibet poterant ad viam veritatis monere[c]. Multi etiam[d] exemplo et doctrina eorum ad fidem convertebantur, et crescebant cotidie, qui salvi fierent in Domino. Ipsi quoque divino inspirati[e] amore, ad promulgandam devotionis suae religionem coeperunt curiose pueros quaerere, quos emerent et ad Dei servitium educarent. Praefatus quoque Herioldus ex suis aliquos sub eorum cura erudiendos posuit. Sicque factum est, ut scolam inibi parvo tempore statuerent[f] duodecim aut eo amplius puerorum. Alios quoque hinc inde sibi asciverunt servitores et adiutores; coepitque eorum fama et religio in Dei nomine fructuosius crescere. Cum itaque in hoc sancto proposito biennio aut eo amplius morarentur, contigit, iam dictum fratrem Autbertum[g] infirmitatis gravari molestia. Qua de causa inde ad Novam Corbeiam deductus, languore diutino ingravescente, felici, ut credimus, transitu
830? in tempore paschae, sicuti et ipsi antea a Domino revelatum fuerat, diem inibi clausit extremum.

9.[h] Interim vero contigit, legatos Sueonum ad memo-
829. ratum principem venisse[l] Hludowicum[i]. Qui inter alia legationis suae mandata clementissimo caesari innotuerunt: esse multos in gente sua, qui christianae religionis cultum suscipere desiderarent, regis quoque sui animum ad hoc satis benivolum, ut ibi sacerdotes Dei esse permitteret; tantum eius munificentia mererentur, ut eis praedicatores destinaret idoneos. Quod religiosissimus audiens imperator, plurimum exhilaratus, denuo quaerere coepit, quos in illas partes dirigeret, qui probarent, utrum populus ille ad credendum paratus esset, sicuti missi illi intimaverant, et cultum christianae religionis illis tradere inciperent. Unde factum est, ut iterum cum[k] memorato abbate vestro serenissimus imperator tractare coeperit, si quem forte de suis monachis invenire posset, qui pro Christi nomine in illas partes ire vellet, aut certe qui cum Herioldo moraretur, et is[1] qui cum eo[2] erat servus Dei Anskarius[m] illam susciperet legationem. Qua de re contigit, ut regio iussu abhinc ad palatium vocaretur; cuique denuntiatum est, ne se raderet[3], antequam ad praesentiam imperatoris veniret. Vir[n] autem Dei ad quid vocaretur omnino praenoscens,

a) (21) 2?3. *Gualdo. Codicum B lectiones deinceps nonnisi selectas attuli.* b) *deest* 2. 3. c) movere 2; inducere *B* 2. d) enim 2. e) ti *e corr.* 1. f) statuerint 3. g) Aubertum 2. h) (22) 2?3. *Gualdo.* i) Ludov. 3; Lhud. *B* 1; Lodow. *B* 2. k) commemorato 2. *B* 1. 2. l) his 2. m) Anscharius 2. 3. *B* 2. n) *novum cap.* (23) *inc.* 2?3. *Gualdo.*

1) *Cf. Ann. Einh. a.* 829. 2) *Herioldo.* 3) *h. e. quantocius veniret. D.*

coepit toto cordis fervore in amore Dei exardescere et omne gaudium existimare, si lucrandis sibi animabus liceret insistere. Si quid quoque in huiusmodi profectione contrarietatis sive adversitatis ei potuisset[a] accidere[b], proposuit animo patienter pro Christo tolerare; nihilque[c] dubietatis in corde pro tali gerebat opere, quoniam visionis divinae, quam ante praeviderat, consolabatur munere. Siquidem tempore supra dicto, cum apud vos moraretur et iam duabus visionibus caelitus inspiratus haberetur, quadam nocte visum est ei, quod devenisset in quandam domum, ubi plures ex ordine praedicatorum ad praedicandi officium praeparati astabant. Coram quibus subito in excessu mentis raptus, videbat immensi luminis claritatem super solis radium de caelo emissam se circumfulsisse. Cumque miraretur, quid hoc esset, vox quoque pene similis illi, quam in prima visione se audisse narraverat, facta est ad eum, dicens: 'Dimissum est peccatum tuum'. Cui ille, *divino, ut credimus, *p. 697.
spiritu afflatus, respondit, dicens: 'Domine, quid vis ut faciam?'* Et iterum vox sonuit, dicens: 'Vade et annuntia gentibus verbum Dei'. Hanc itaque visionem servus Dei pertractans animo, laetus gaudebat in Domino, videns iam ex parte completum quod sibi imperatum fuerat, et ad maiorem laboris sui cumulum etiam Sueonibus verbum Dei annunciare cupiens. Cum[d] itaque ante praesentiam caesaris adductus interrogatus ab eo fuisset, utrum legationem illam suscipere vellet, libera voce respondit, se paratum ad omnia, quaecumque[e] illi pro Christi nomine sua auctoritate decrevisset iniungere.

10.[f] Tunc Dei ordinante providentia socium illi ex vestra fraternitate venerabilis abbas invenit nonnum[g] Witmarum[h], tanto operi satis et[i] condignum et voluntarium. Porro cum Herioldo esse disposuit patrem devotissimum Gislemarum, fide et operibus bonis probatum atque in zelo Dei ferventissimum. Suscepit itaque legationem sibi a caesare 830?
iniunctam, ut in partes iret Sueonum et probaret, utrum populus ille ad credendum paratus esset, sicut missi supradicti innotuerant. In qua legatione quanta quamque gravia perpessus sit mala, melius ipse qui interfuit praedictus pater Witmarus[k] intimare poterit. Nobis hoc tantum narrasse sufficiat, quod, dum in medio fere essent itinere, in pyratas offenderunt. Et cum negotiatores, qui cum eis ibant, se viriliter defenderint, et primo quidem victoriam coeperint, in secundo tamen[l] ab eisdem pyratis devicti

a) potuissent *corr.* potuisset 1. b) accedere 2. *B* 1. c) que *deest* 2. 3. d) *novum cap.* (10) *inc. B.* e) que 2. 3. f) (24) 2?3. *Gualdo.* g) nonum 3. h) Wimarum 2. 3; Witimarum *Gualdo.* i) *deest* 2. 3. k) Wimarus 3. l) *in marg. eadem m. suppl.* 1.

ac superati sunt, ita ut naves et omnia quae habebant eis tulerint, et ipsi vix pedibus ad terram fugientes evaserint. Ibi itaque et munera regia, quae illuc deferre debuerant, et omnia quae habuerant perdiderunt, excepto parum quid, quod forte prosilientes e navi secum auferre et asportare poterant. Inter quae et pene 40 libros, quos ad servitium Dei sibi aggregaverant, illis diripientibus amiserunt. Hoc[a] itaque facto, cum quidam reverti, quidam inantea ire disponerent, servus Dei a coepto[b] itinere nulla ratione flecti potuit. Quin potius in Dei ponens arbitrio, quid illi contingeret, nequaquam redire disposuit, antequam nutu Dei dinosceret, utrum in illis partibus licentia praedicandi fieri posset.

11.[c] Cum gravi itaque difficultate pedibus post haec per longissimam viam incedentes et, ubi congruebat, interiacentia maria navigio transeuntes, tandem ad portum regni ipsorum, qui Birca[d.1] dicitur, pervenerunt. Ubi benigne a rege eorum, qui Bern[e.2] vocabatur, suscepti[f] sunt, missis eius referentibus, qua de causa advenerint. Cognita itaque legatione eorum, et cum suis de huiusmodi negotio pertractans fidelibus, omnium pari voto atque consensu dedit eis licentiam ibi manendi et euangelium Christi praedicandi, concessa libertate, ut quicumque vellent eorum doctrinam expeterent. Itaque alacri corde servi Dei, videntes prospere sibi ea quae optaverant successisse, populis ibi constitutis verbum salutis annunciare coeperunt. Plures quoque erant, qui eorum legationi favebant et doctrinam Domini libenter audiebant. Multi etiam apud eos captivi habebantur christiani, qui gaudebant iam tandem se mysteriis divinis posse participari. Probatumque est ita omnia veraciter constare, sicuti missi ipsorum serenissimo caesari innotuerant[g], et baptismi gratiam nonnulli devote expetebant. Inter quos etiam praefectus vici ipsius et consiliarius regis admodum illi amabilis Herigarius[3] nomine sacri baptismatis donum suscepit atque in fide catholica firmissimus extitit. Ipse namque in hereditate sua non multo post ecclesiam fabricavit et in Dei servitio semet ipsum religiosissime exercuit. Cuius[h]

a) *novum cap.* (11) *inc. B.* b) accepto 2. c) (25) 2?3. *Gualdo.* d) Byrca 2. 3. *Gualdo.* e) Bein 2. *Gualdo*; Bem 3. f) susceptis missis 3. g) innotuerunt 2. *B.* h) Huius 2. 3.

1) *Birca, vicus et portus Sigtunensium* (*c.* 19) *in Maelari lacu, in vicinia urbis antiquae Sigtunae, ad quam Taciti Sithones, Germ. c.* 45, *haud absurde retuleris. Situm testatur Adamus Bremensis I,* 62, *qui desolatam vidit Bircam, cuius nomen hodieque insula Biörkö retinere videtur. D. Cf. Dehio p.* 10; *Hildebrand, 'Svenska folket under Hedna tiden' ed.* 2. *p.* 133. 2) *Biörn. Biörno Haugensis is fuit, Erici Upsaliensis frater, si Hervarar-sagae Islandorum credamus. D.* 3) *Hergeir.*

viri diversa extant praeclara insignia, et eius invictae fidei multa probantur indicia, quae in sequentibus evidentius exponemus.

*12.[a] Peracto itaque apud eos altero dimidio anno [1], praefati servi Dei cum certo suae legationis experimento et cum litteris regia manu more[b] ipsorum deformatis[2] ad serenissimum reversi sunt augustum. Qui[c] honorifice et cum maxima pietatis benivolentia ab eo suscepti, narraverunt, quanta Dominus secum egerit, et quod ostium fidei in illis partibus ad vocationem gentium patefactum fuerit. Hoc itaque devotissimus audiens imperator, immenso laetificabatur gaudio. Pariterque recolens quae iam apud Danos[d] olim circa Dei cultum concepta[e] fuerant, et laudes ac gratias omnipotenti Deo referens, ardore fidei succensus, quaerere coepit, quomodo in partibus aquilonis, in fine videlicet imperii sui, sedem constituere posset episcopalem, unde congruum esset episcopo ibi consistenti causa praedicationis illas frequentius adire partes, et unde etiam omnes illae barbarae nationes facilius uberiusque capere valerent divini mysterii sacramenta. Cum[f] itaque pro huiusmodi sollicitudine cura vigilanti instaret, quibusdam fidelibus suis referentibus ei innotuit, quod, quando gloriosae memoriae pater suus Karolus augustus omnem Saxoniam ferro perdomitam et iugo Christi subditam per episcopatus divisit, ultimam partem ipsius provintiae, quae erat in aquilone ultra Albiam, nemini episcoporum tuendam commisit, sed ad hoc reservare decrevit, ut ibi archiepiscopalem constitueret sedem, ex qua Domini gratia tribuente etiam successio fidei christianae in exteras proficeret nationes. Qua de re primitivam etiam ibi ecclesiam per quendam episcopum Galliae Amalharium nomine consecrari fecit. Postea quoque ipsam parroechiam cuidam presbitero Heridac[g] nomine specialiter gubernandam commisit, nec omnino voluit, ut vicini episcopi aliquid potestatis super eum locum haberent. Quem etiam presbiterum consecrari disposuerat episcopum, sed velocior eius de hac luce transitus hoc ne fieret impedivit. Post[h] obitum itaque tantae memoriae

*p 698.

a) (26) 2?3. *Gualdo.* b) m *e corr. m. s. XVII.* 3. c) Cui 2. 3. d) nos 1; ol. apud Danos 2. 3. *B.* e) concoepta 1. f) *novum cap.* (27) *inc.* 2?3. *Gualdo.* g) Heridach 2; Heridag *B.* h) *novum cap.* (28) *inc.* 2? 3. *Gualdo.*

1) *h. e. anno cum dimidio, plane nostrum 'anderthalb'. D.* 2) *Nemo infitias eat, de runis hic sermonem esse, siquidem runa fit quaevis nota ligno, lapidi insculpta. Epistolae ad imperatorem, regis manu in tabellis signatae, hic vix locus. Notas regales intelligo, h. e. monogramma vel signum regium, ut c. 26. init., quae, testes regiae tutelae, iter per Sueciam facientibus securitati essent fidemque reversis in imperatoris aula facerent. D.*

augusti filio eius supradicto, videlicet imperatore Hludowico[a], in sede regni eius collocato, suggerentibus quibusdam, partem illam provinciae, quae ultra Albiam erat, in duo divisit et duobus vicinis episcopis interim commendavit. Non enim satis attendit patris sui super hoc constitutionem, aut certe omnimodis ignoravit. Ista vero facta occasione, qua[b] iam fides Christi in partibus Danorum atque Sueonum per gratiam Dei fructificare coeperat, cognito patris sui voto, ne quid eius studii inperfectum remaneret, una cum consensu episcoporum ac plurimo synodi conventu in praefata ultima Saxoniae regione[c] trans Albiam in civitate Hammaburg[d] sedem constituit archiepiscopalem, cui subiaceret universa Nordalbingorum ecclesia, et ad quam pertineret[e] omnium regionum[f] aquilonalium potestas ad constituendos episcopos sive presbiteros, in illas partes pro Christi nomine destinandos. Ad[g] hanc ergo sedem dominum et patrem nostrum sanctissimum Anskarium[h] praedictus imperator sollemniter consecrari fecit archiepiscopum per manus Drogonis Mettensis praesulis et summae sanctaeque palatinae dignitatis tunc archicappellani[i], astantibus archiepiscopis Ebone[k] Remensi, Hetti[l] Treverensi et Otgario Magonciacensi[m], una cum pluribus[n] aliis in conventu imperii praesulibus congregatis, assistentibus quoque et consentientibus[o] ac pariter consecrantibus Helmgaudo[p] et Willerico[q] episcopis[1], a quibus iam dictas parroechiae illius partes commendatas receperat[r. 2]. Et quia diocesis illa in periculosis locis[s] fuerat constituta, ne propter barbarorum imminentem saevitiam aliquo modo deperiret, et quia omnimodis parva erat, quandam cellam in Gallia Turholt[t. 3] vocatam ad eandem sedem perpetuo serviturum eius legationi tradidit.

p. 699. 13.[u] Et ut haec omnia perpetuum suae stabilitatis retinerent vigorem, eum honorabiliter ad sedem direxit apostolicam et per missos suos venerabiles Bernoldum et Ratoldum episcopos[4] ac Geroldum illustrissimum comi-

a) Hludovico 2; Ludovico 3; Lodowico *B* 2. b) que 2. 3 (*m. s. XVII. corr.* qua). c) religione 2. d) Hammabur 3; Hammanburg *B* 2. e) pertinet 2. f) religionum 3. g) *novum cap.* (29) *inc.* 2?3. *Gualdo.* h) Anscharium 3. *B* 2; Ansgarium *B* 1. i) archicapillarii *B* 1. k) Hebone 2. 3. l) Hecti 2. 3; Hectis *Gualdo.* m) Magociacensi *B* 1, *corr.* Magontiacensi 3. n) plurimis 3. o) entibus *e corr.* 1; consistentis *B* 1, *post corr.* p) Helingaudo 2. 3. *Gualdo.* q) Wigerico 2. 3. *Gualdo.* r) ceperat 2. 3. s) f. l. 3. *B.* t) Thurholt *B.* u) (30) 2?3. *Gualdo.*

1) *Altero Verdensi, altero Bremensi.* 2) *Quod a.* 832. *factum esse, dicit Adam I,* 18. *Sed annum* 831, *Octobrem vel Novembrem mensem praeferendum esse, statuit Dehio p.* 54. *Ludowici imperatoris diploma datum d.* 15. *Mai.* 834, *Lappenberg. UB. p.* 10, *certe interpolatum est.* 3) *Thourout, in Flandria occidentali inter Brugas et Ipras, locus natalis Rimberti.* 4) *Alterum Argentoratensem, alterum Veronensem; v. Dümmler, 'Ostfränk. Reich' I, p.* 264. *Geroldum comitem Ann. Einhardi a.* 826. *nominant.*

tem omnem hanc rationem sanctissimo papae Gregorio* intimari fecit confirmandam. Quod etiam ipse tam decreti sui auctoritate[1] quam etiam pallii[a] datione more[b] praedecessorum suorum roboravit atque ipsum in praesentia constitutum legatum in omnibus circumquaque gentibus Sueonum sive Danorum** necnon etiam Slavorum[c] aliarumque in aquilonis[d] partibus gentium constitutarum una cum Ebone[e] Remensi archiepiscopo, qui ipsam legationem ante susceperat, delegavit et ante corpus et confessionem sancti Petri apostoli publicam euangelizandi tribuit auctoritatem. Et ne horum quicquam in futurum irritum fieret, omnem resistentem ac contradicentem vel quolibet modo his sanctis studiis piissimi imperatoris insidiantem anathematis mucrone[f] percussit atque perpetua ultione reum diabolica sorte damnavit[1]. Porro[g.***], ut praemisimus, eadem legatio auctoritate Paschalis papae Eboni Remensi archiepiscopo prius commendata fuerat[2]. Siquidem ipse, divino, ut credimus, afflatus spiritu, pro vocatione gentium, et maxime Danorum, quos in palatio saepius viderat et diabolico deceptos errore dolebat, ferventissimo ardebat desiderio et pro Christi nomine se suaque omnia ad salutem gentium tradere cupiebat. Cui etiam domnus imperator locum unum ultra Albiam qui vocatur Welanao[h.3] dederat, ut, quotiens in[i] illas partes pergeret, locum subsistendi ibi haberet. Multotiens itaque ipse ad eundem venit locum et pro lucrandis animabus multa in aquilonis partibus dispensavit ac plurimos religioni christianorum adiunxit atque in fide catholica roboravit.

*) secundo *add. B.*

**) *B pergit*: Farriae, Gronlondon[k], Islondon, Scridevindun[l], Slavorum necnon omnium septemtrionalium et[m] orientalium nationum quocumque modo nominatarum[n] delegavit. Et posito capite et pectore[o] super corpus et confessionem sancti Petri apostoli, sibi suisque successoribus vicem suam perpetuo retinendam publicamque euvangelizandi[p] tribuit auctoritatem.

***) Porro — — fuerat *des. B.*

a) allii *e corr.* 1. b) morem 2. 3. c) Sclavorum 2. 3. d) quil. 2. e) Hebone 2. f) mulchrone 2. g) *novum cap.* (31) *inc.* 2?3. *Gualdo.* h) Welnao *B* 2. i) ill. in. 3. *B.* k) Grondolon *B* 2. 2*. l) Scridewindin *B* 2. 2*. m) atque *B* 3. n) nomitarum *B* 1, *corr.*; nominatorum *B* 2. o) p. eius *B* 3. p) euva *post. corr.* euvangelizandi *B* 1.

1) *De genuina Gregorii bulla v. Koppmann, 'Die ältesten Urkunden' p.* 12 *sqq. Interpolatam formam, Lappenberg nr.* 9, *p.* 15, *sequitur recensio B.* 2) *V. Paschalis bullam, Lappenberg nr.* 6, *p.* 9. 3) *Hodie Münsterdorff, in ripa Sturiae prope Itzehoam situm, quod cum ab antiqua cella nomen tulisset, postea factum est, ut monasterium in Wippendorp a S. Vicelino conditum nomen novi Monasterii (Neu-Münster) acciperet. Caeterum cum locus Münsterdorp primitivum nomen Welna s. Welnau a.* 1304. *adhuc obtinuerit, eo gravius errant, qui cellam Wellanam in Wedelam, vicum Pinnebergici dominatus, transtulerunt. D. Cf. etiam Müllenhoff, 'Nordalb. Studien' I, p.* 11 *sqq.*

14.[a] Verum post ordinationem domni et patris nostri sanctissimi[b] Anskarii[c] superius comprehensam visum est illis* de eadem legatione inter se conferentibus necessarium esse, ut aliquis illi ordinaretur adiutor, qui[d] in partibus Sueonum ministerii episcopalis officio fungeretur, quoniam in regione tam longe posita praesens adesse deberet pontifex, et ipse solus ad utrumque locum minus sufficeret. Cum** consensu itaque et voluntate praedicti imperatoris venerabilis Ebo quendam propinquum suum Gauzbertum[e] nomine ad hoc opus electum et pontificali insignitum honore ad partes direxit Sueonum. Cuique ministeria ecclesiastica et necessarios sumptus tam ex sua quam ex datione regia abunde tribuit, eumque*** quasi vice sua, qui idem[f] praedicandi officium prius auctoritate apostolica suscepit, legatum in gentibus Sueonum esse constituit. Cui[g] etiam postea clementissimus augustus, suggerente† eodem venerabili praesule[h] Ebone, cellam, quam ipse in loco memorato Welanao[i] construxerat,
*p. 700. quasi locum *refugii[k] tradidit, ut scilicet ad ipsius ministerium officii perpetua stabilitate deserviret. Praedictus[l] itaque Gauzbertus[m], quem ipsi†† consecrantes[n] honore apostolici nominis Symonem[o] vocaverunt[1], ad partes veniens Sueonum, honorifice et a rege††† et a populo susceptus est, coepitque cum benivolentia et unanimitate omnium ecclesiam inibi[2] fabricare et publice euangelium fidei praedicare. Fiebatque gaudium salutis christianis ibi degentibus, et de die in diem numerus credentium augebatur.

15.[p] Interim quoque dominus et pastor noster in dioecesi sibi commissa et in partibus Danorum strenue suum implebat officium et exemplo bonae conversationis multos ad fidei gratiam provocabat. Coepit quoque ex gente Danorum atque Slavorum[q] nonnullos emere pueros, aliquos etiam ex captivitate redimere, quos ad servitium Dei educaret. Quorum quosdam hic secum retinuit, quosdam vero

*) illi in eadem legatione necessarium esse[r] *B.*
**) Itaque apostolica auctoritate et suggestione imperatoris quendam Gautbertum[s] *B.*
***) eumque vice sua legatum Hammaburgensis[t] ecclesiae in gentibus Sueonum[u] esse constituit *B.*
†) suggerente — — Ebone *des. B.*
††) ipse consecrans — — vocavit *B.*
†††) Bern vocato *add. B.*

a) *nulla cap. dist. B*; (32) 2?3. *Gualdo.* b) *deest* 2. *Lamb.* c) Anscharii 2. 3; Ansgarii *B.* d) qui in part. *des.* 3. e) Gautbertum 2. 3. f) s. quidem 2. 3, *eadem m. corr.* qui idem 1. g) *novum cap.* (33) *inc.* 2?3. *Gualdo.* h) praesulae 1. i) Welnao *B* 2. k) refrigerii 2. 3. l) c. 14. *inc. B.* m) Gautbertus *B* 1; Gaubertus *B* 2. n) crantes *e corr.* 1. o) Sim. 2. *B* 2. p) (34) 2?3. *Gualdo.* q) Sclavorum 2. 3. r) *deest B* 2. s) Gaubertum *B* 2. t) Hammenb. *B* 2. u) Sweonum *B* 2.

1) *Ita in epistolis a Rabano ad eum datis*; *'Forschungen' V, p.* 381.
2) *In urbe Sigtuna; v. c.* 19.

ad cellam praedictam Turholt nutriendos posuit. Fueruntque cum eo hic ex societate vestra sancti patres[a] nostri et magistri, quorum doctrina et institutione feliciter nobiscum religionis divinae crevit opinio.

16.[b] Verum cum haec in utraque parte laudabiliter 845.
et Deo digne agerentur, contigit, ex inproviso pyratas advenientes Hammaburgensem civitatem navigio circumdedisse[c.1]. Quod cum inopinate et subitanee accidisset, spatium non fuit pagenses congregandi, quippe cum et comes, qui eo tempore praefecturam loci illius tenebat, illustris vir Bernharius[d] tunc deesset, domnus vero episcopus ibi positus cum his qui aderant in urbe ipsa vel in suburbio manentibus primo quidem, audito adventu eorum, locum ipsum continere voluit, donec maius eis veniret auxilium; sed impellentibus[e] paganis, et civitate iam obsessa, cum eis resisti non posse conspexit, quomodo pignera[f] sanctarum reliquiarum[2] asportarentur, praeparavit, sicque ipse, clericis suis huc illlucque fuga dispersis, etiam sine cappa sua vix evasit. Populi quoque a loco ipso exeuntes et hac illacque palantes, plurimis aufugientibus, quidam capti, plerique etiam perempti sunt. Denique hostes, arrepta[g] civitate, et omnibus quae in ea vel in vico proximo erant spoliatis, cum vespertino tempore eo adventassent, noctem ipsam cum[h] sequenti die et nocte ibi consederunt. Sicque succensis omnibus ac direptis, egressi sunt. Ibi ecclesia miro opere magisterio domni episcopi constructa una cum claustra monasterii mirifice composita igni succensa est. Ibi biblioteca*, quam serenissimus iam memoratus imperator eidem patri nostro contulerat, optime conscripta[i], una cum pluribus aliis libris igni disperiit. Sicque omnia quae inibi aut in ecclesiasticis ministeriis aut in aliis thesauris et facultatibus habuerat aut depraedatione aut igne[k] hostili impetu direpta sunt, ut quasi nudum eum dimiserint; quippe cum nihil paene[l] exinde prius elatum sit, nec tunc quidem aliquid subvectum, nisi quod quisque fugiens casu arreptum secum forsitan exportare potuit. Pro quibus omnibus dominus et pater noster sanctissimus nullatenus vel animo molestabatur vel labiis peccavit; sed, cum omnia

*) biblioteca — — Sicque *des. B.*

a) patris *corr.* patres 1. b) *nulla cap. dist. B*; (35) 2?3. *Gualdo.* c) dedisse *e corr.* 1, *et ita* 2. 3; circumvenisse *B.* d) Bernarius 2. 3. *Gualdo.* e) implentibus 2. 3. f) pignora 2. 3. *B, et ita post.* g) direpta 2. h) consequenti 2. i) cum scripta *post corr.* conscr. 3. k) aut *post alio atram. in marg. add.* 3, *et ita L.* l) *post suppl.* 1; p. *n.* 3. *B.*

1) *V. Rudolfi Fuld. Ann.* 845, *SS. I, p.* 364, *et cf. Ann. Bertin. a. Prudentio (ed. a.* 1883) *p.* 32. *Minus recte Adamus I,* 23. *extremum annum Ludowici Pii* (839/40) *indicat; v. Dahlmann, 'Geschichte von Dännemark' I, p.* 45; *Dümmler l. l. p.* 269 *n.* 2) *Corpora sanctorum Sixti et Simicii Adam. Brem. I,* 25.

fere quae ab initio episcopatus sui[a] aggregare vel in fabricam aedificiorum componere poterat[b] uno velut momento
Iob 1, 21. perdiderit, illud beati Iob saepius verbis replicabat: *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum!*

17.[c] His itaque [ita[d]] peractis, cum domnus episcopus cum suis in multis esset pressuris et calamitatibus, et fratres congregationis eius una cum sanctis pigneribus per varia loca circumeundo[e] huc illucque vagarentur et nusquam[f] sedem haberent quietam, praevalescente iniqui machinatione, contigit etiam diabolico instinctu, ut populus Sueonum furore zeli accensus praefatum Gauzbertum* episcopum insidiose persequi coeperit. Factumque[g] est, ut ad domum, in qua manebat, unanima conventione pars quaedam populi causa direptionis irruerit et nepotem quidem ipsius Nithardum[h]
*p. 701. *nomine gladio peremerit et odio christiani nominis percussum, Dei, ut credimus, martyrem fecerit. Ipsum vero cum sociis[i] ceteris, qui simul aderant, ligaverunt, et diripientes omnia quae apud eos invenire potuerunt, contumelia et opprobriis affectos a finibus suis expulerunt. Quod tamen non regio iussu factum, sed populari tantum conspiratione est perpetratum.

18.[k] Divinae vero maiestatis clementia hoc nequaquam inultum abire[l] passa est, sed omnes pene qui affuere, quamlibet diverso modo, in parvo tempore puniti sunt. De quibus multa dici poterant; sed, ne fastidium legentibus inferamus, unius tantum mentionem facere curavimus, ut, qua poena ceteri quoque evindicati fuerint, ex huius perditione patefiat. Quidam[m] namque in terra illa potens extitit, cuius filius in eadem conspiratione cum aliis fuerat, et quae sibi de spoliis inibi captis[n] provenerant in domum patris sui contulit. Post quod factum coepit illius substantia minui, et pecora quaeque ac familia deperire. Ipse quoque filius divina ultione percussus interiit. Sed et uxor eius cum filio ac filia non multo interiacente spatio obiit. Cum itaque se, excepto uno filio parvulo, omnibus bonis suis defraudatum videret, coepit miser deorum iras expavescere et, quod haec omnia alicuius dei[o] offensione pateretur, mente tractare. Qua de re, sicut moris[p] est ibi, quendam adiit divinum, rogans, ut, cuius dei offensam haberet, sorte[q] perquireret et, qualiter eum placare deberet, ipsi in-

*) Symonem *B* 1; Simonem *B* 2. 3.

a) *deest* 3. b) potuerit 3. c) 16. *B*; (36) 2?3. *Gualdo*. d) *deest* 1. e) circueundo 2. f) numquam 1; nusquam sederent quieti 2. 3. g) Factum 1. h) Hithardum 3; Nihthardum *B*. i) cet. soc. 2. 3. k) *nulla cap. dist. B*; (37) 2?3. l) est p. ab. 2. 3. m) *c. 37. h. l. inc. Gualdo, et ita e corr. rec. m.* 3. n) coeptis 1; ceptis 2. 3. o) dii 1. 2, *corr.* dei 3. p) ibi m. est 3. *B*. q) sorte perquireret *des.* 2. 3. *B*.

dicaret. Agens itaque ille quae circa cultum huiusmodi observare solebat, omnes deos illorum ipsi placatos esse, respondit, deum vero christianorum illi omnimodis infensum. 'Christus', inquit, 'sic te habet perditum. Et quia quodlibet illorum quod illi consecratum fuerat in domo tua manet reconditum, invenerunt te omnia mala haec quae perpessus es, nec poteris ab his liberari, donec illud in domo tua manserit'. Hoc ille audito mente pertractans sollicita, quid illud esse posset, de filio suo recordatus est, quod ex spoliis supra dictis quendam librum in domum suam advexerit. Qua de re horrore nimio et terrore perculsus[a], et quia sacerdotis tunc ibi deerat praesentia, quid de eodem libro faceret omnimodis nescius, secum quoque illum longius retinere nullatenus ausus, tandem vix reperto consilio, in conspectu eum[b] populi, qui in eadem villa manebat, attulit et quae passus sit retulit. Cumque se omnes ignaros consilii super hac re dicerent[c] et tale aliquid in domo sua recipere vel habere pertimescerent, ipse eum diutius apud se retinere obstupescens, honeste compositum ad quandam ligavit[d] sepem, denuntians, ut quique vellet eum inde sumeret, et pro reatu commissi[e] domino Iesu Christo voluntariam satisfactionem vovit. Quem librum quidam christianorum exinde sublatum in sua advexit. Ex cuius ore etiam ista cognovimus. Qui postea magnae fidei et devotionis extitit, ita ut psalmos quoque apud nos postea memoriter sino litteris didicerit[f]. Taliter ergo et ceteri[g] sive[h] morte sive peste et damno rerum suarum puniti sunt[g]. Et liquido omnibus patuit, quod, quia sanctum Dei pontificem et suos inhoneste tractare et spoliare[i] praesumpserant, gravissimam domini nostri Iesu Christi senserint ultionem.

19.[k] Post haec itaque locus ille septem fere annis[l] sine sacerdotali fuit praesentia. Pro qua re dominus et pastor noster Anskarius[1] nimio merore[m] anxius, christianae religionis fidem ibi[n] coeptam perire non sufferens, et maxime filiolo[o] suo[2], quem supra memoravimus, Herigario condolens, quendam anachoretam Ardgarium[p] nomine illas in partes direxit et ut specialius eidem adhaereret praecepit. Ipse itaque illo adveniens, officiose ab ipso susceptus est Herigario, et christianis qui ibi aderant magnum suae praesentiae exhibuit gaudium. Coeperuntque, sicuti primo

a) percussus *corr.* perculsus *S.* b) *eras. et ante* attulit *post ins. S.* c) hac reicerent *post corr.* re dicerent *S.* d) levavit *2. S.* e) *ita 1. 2. S*; commisso *B.* f) didiscerit *S.* g) ceteris . . . punitis, liquido *2. S.* h) sine *S.* i) dispoliare presumpserint *2. S.* k) 17. *B*; (38) *2. S. Gualdo.* l) Anscharius *S. B 2*; Ansgarius *B 1.* m) *e corr. 1.* n) sibi ceptam *2.* o) pro filio *2. S. B.* p) Argarium *B 1. 2.*

1) *Qui fuerint, non satis constat; cf. quae disseruit Kunik, 'Forschungen' XXIII.* 2) *Spirituali, quod baptizaverat Herigarium. D.*

egerant, ea quae Dei sunt devote quaerere et ritum christiani-
p. 702. tatis libenti animo custodire. Nemo *quoque incredulorum eius praedicationi audebat resistere, quia, qua poena multati fuerint qui servos Dei inde expulerant, mente pavida meminerant. Suggestione[a] quoque praefati Herigarii, regis qui tunc erat[1] iussu et licentia, publice coepit Dei celebrare mysteria. Qui videlicet fidelissimus vir Herigarius tempore, quo sacerdotalis ibi deerat praesentia, multa ab infidelibus sustinuit obprobria, sed largiente divina gratia signis caelestibus eius petitione verae fidei declarata sunt praeconia. Ex quibus, uti promisimus, aliqua hic interserere curavimus, quo eius fidei invictus declaretur[b] animus. Quadam[c] namque vice ipse in quodam sedebat placito, scena[2] in campo ad colloquium parata. Ubi cum inter alia collocutionum verba illi deos suos laudassent, quorum favore prospera sibi multa provenirent, et illi[d], quod solus a consortio omnium inani fide aberraret, verbis multiplicibus improperarent, ipse, ut erat fervens spiritu, respondisse illis fertur: 'Si tanta est de divina maiestate dubietas, quod tamen dubium esse nullo modo deberet, probemus miraculis, quis sit maioris potentiae, vestri multi[e] quos dicitis dii, an meus solus omnipotens dominus Iesus Christus. Ecce tempus adest pluviae' — siquidem tunc pluvia imminebat —; 'invocate vos nomina deorum vestrorum, ne pluvia super vos descendat, et ego invocabo dominum meum Iesum Christum, ne aliqua stilla pluviae me contingat, et si quis in hac parte se invocantes exaudierit, ipse sit deus'. Hac itaque facta inter se conventione, cum illi omnes in una parte sederent, ipse vero cum uno puerulo in altera, coepit unusquisque eorum invocare deum suum; ille quoque invocabat dominum Christum[f]. Et descendens immensa de caelo pluvia ita omnes illos aquis infudit, ut quasi in flumine cum vestimentis iactati viderentur, et etiam folia ramorum de umbraculo ibi facto super ipsos magno casu decidentia virtute divina illos oppressos ostenderent. Super ipsum vero et puerum qui cum eo erat nec una descendit pluviae gutta. Quo facto, confusis illis et admirantibus: 'Ecce', inquit, 'videtis, quis sit deus. Nolite me, infelices, ab eius cultura revocare, quin potius ab erroribus vestris

*) Nemo — Qui videlicet *des. B.*

a) Sugestioni 2. b) declaratur 2. c) *novum cap.* (39) *inc.* 2?3. *Gualdo.* d) ei 2. 3. e) multis 2. f) *ita* 1. 2. 3; Iesum Chr. *B.*

1) *Videntur haec verba indicare, alium tunc in Suecia regnasse regem quam supradictum Biörnonem, forte Anoundum* (c. 19), *qui haud diu ante Ardgarii adventum restitutus erat.* LANGEBEK. *Hic Anoundus est Emundr Islandorum. D.* 2) *Tentorio frondibus constructo, quod infra* umbraculum *dicitur. D.*

confundimini et veritatis viam discite'. Alio[a] quoque tempore contigit, ut dolorem in tibia sua sustineret nimium, ita ut non aliquo modo se movere a loco in quo erat posset, nisi portaretur. Cum hanc[b] ergo diutius sustineret molestiam, coeperunt multi ad eum causa visitandi venire, et quidam adhortationibus, quo pro salute sua diis sacrificaret, commonere, quidam improperiis, quod sine deo esset, lacessire[c], et idcirco[d] eum salute carere. Cum itaque haec saepius agerentur, et ipse constanter malis eorum suggestionibus resisteret, postremo non ferens eorum calumniam, respondit, nequaquam se a vanis simulacris auxilium petere velle, sed a domino suo Iesu Christo, qui posset in momento, si velit, ab infirmitate sua eum sanare. Et ascitis ilico domesticis suis, ut ad suam eum deferrent ecclesiam, praecepit. Ubi positus, coram cunctis qui astabant supplices ad Dominum preces effudit, dicens: 'Domine mi Iesu Christe, ut sciant isti miseri, quia tu es Deus solus et non [est[e]] alius praeter te, da mihi servo tuo in hac hora[f] pristinam corporis mei sanitatem, ut videntes inimici magnalia tua de suis erroribus confundantur et ad cognitionem tui nominis convertantur. Fac, queso, quod peto propter nomen tuum sanctum, quod est benedictum in saecula, ne sit confusio confidentibus in te, Domine'. Post quam vocem, divina eum medicante gratia, confestim sanissimus est redditus. Sicque de ecclesia ipsa per semet ipsum egressus, pro salute sua Deo gratias agebat, et in fide Christi convalescens, magis magisque incredulos confundebat. Per[g] idem fere temporis accidit, ut etiam quidam rex Sueonum nomine Anoundus[h], eiectus regno suo, apud Danos exul fuerit. Qui fines regni quondam sui denuo repetere cupiens, coepit ab ipsis auxilium quaerere, *spondens, quod, si se sequerentur[i], multa eis possent donaria provenire. Proponebat enim eis vicum memoratum Birca[k], quod ibi multi essent negotiatores divites et abundantia totius boni atque pecunia thesaurorum multa. Ad illum itaque vicum se eos promittebat ducturum, ubi sine sui exercitus damno multo suae necessitatis fruerentur commodo. Illi ergo promissis muneribus delectati et thesaurorum adquisitione avidi, in auxilium eius expeditorum ad pugnam hominum viginti et unam naves impleverunt et cum eo destinaverunt. Ipse vero de suis naves habebat undecim. Exeuntes ergo de Danis, ad vicum insperate[l] venerunt memoratum. Et forte tunc rex ipsorum longius inde aberat,

*p. 703.

a) *novum cap.* (40) *inc.* 2?3. b) *deest* 2. 3. c) lacessere 2; lascescere 3. d) iccirco 2. e) *deest* 1. f) ora 2. g) *novum cap.* (41) *inc.* 2?3. h) Anoundus 2. 3; Anotundus *B* 2. i) sequeretur 2. 3 (*post alio atram. corr.* sequerentur). k) Byrca 2. 3. *B* 1; Birka *B* 2. l) insperante 2. 3.

et principes ac populi multitudo congregari non poterant. Tantum supradictus Herigarius, praefectus ipsius loci, cum eis qui ibi manebant negotiatoribus et populis praesens aderat. In magna ergo angustia positi, ad civitatem [1], quae iuxta erat, confugerunt. Coeperunt quoque diis suis, immo daemonibus, vota et sacrificia plurima promittere et offerre, quo eorum auxilio in tali servarentur periculo. Sed quia civitas ipsa non multum firma erat, et ipsi ad resistendum pauci, miserunt ad eos legatos, dextram[a] et foedus postulantes. Quibus rex praefatus mandavit, ut pro redemptione ipsius vici [2] centum libras argenti persolverent, sicque pacem haberent. Quod illi, ut petebatur[b], statim miserunt, et a rege iam dicto susceptum est. Porro Dani graviter huiuscemodi ferentes conventionem, quia non sicuti disposuerant actum fuisset, coeperunt velle super eos subito irruere et locum ipsum funditus depraedari atque incendere, dicentes[c], unumquemlibet negotiatorem plus ibi habere, quam sibi oblatum fuisset, et nullo modo se tantam calumniam sufferre[d] posse. Cum haec ergo inter se agerent et ad diripiendam urbem, in quam[e] confugerant, se praepararent, hoc quoque illis innotuit. Unde rursus pariter congregati, cum nullo modo vires haberent resistendi, nullaque eis spes esset refugii, ad vota et sacrificia maiora diis suis offerenda se invicem cohortabantur[f]. Contra quos iratus fidelis Domini Herigarius: 'Maledicta sint', inquit, 'Deo[g] vota et sacrificia vestra cum idolis vestris. Quam diu vultis daemonibus servire et vos ipsos ad perniciem vestri votis inanibus in paupertatem[h] redigere? Ecce multa obtulistis et ampliora vovistis. Insuper et centum libras argenti dedistis. Quid profuit vobis? Ecce omnia quae habetis veniunt diripere. Uxores vestras et filios ducent captivos, civitatem et vicum igni succendent, et vos gladio peribitis[i]. Quid ergo prosunt vobis simulacra vestra?' Ad quam vocem illi omnes perterriti et quid agerent nescii, unanimiter responderunt: 'Salus nostra et consilium in tua sit deliberatione, et quicquid nobis suggesseris procul[k] dubio faciemus'. Quibus ille: 'Si', inquit, 'vota spondere vultis, vovete et reddite domino Deo omnipotenti, qui regnat in caelis, et cui ego in conscientia pura et fide recta deservio. Ipse omnium dominus est, et in voluntate eius omnia sunt posita, nec est qui eius dicioni possit resistere. Si itaque eius auxilium toto corde petieritis, omnipotentiam ipsius

a) dexteram 2. 3. *B* 1. b) pateb. 2. c) *ita* 2. 3. *B*; docentes 1. d) ferre *e corr.* 1. e) Byrcenses *supersc. manu s. XVII.* 3, *et ita L.* f) coortab. 3. g) a Domino 2; a Deo 3. h) paupertate 2. i) perhibitis, *manu s. XVII. corr.* perib. 3. k) sine 2. 3. *B.*

1) *Sigtunam.* 2) *Bircae.*

vobis non defuturam sentietis'. Accepto itaque ab eo consilio, cuncti unanimes et voluntarii exeuntes, sicut sibi consuetudinis erat, in campum, pro liberatione sui[a] ieiunium et elemosinas domino Christo devoverunt. Interim[b] rex praefatus cum Danis agere[c] coepit, ut sorte perquirerent[d], utrum voluntate deorum locus ipse ab eis devastandus esset. 'Multi', inquit, 'ibi sunt dii potentes et magni, ibi etiam ecclesia olim constructa est, et cultura Christi a multis ibi christianis excolitur, qui fortissimus est deorum et potest sperantibus in se quoquo modo[e] vult auxiliari. Necessario ergo quaerendum est, utrum divina ad hoc voluntate incitemini'. Quod illi, quia sic apud eos moris erat, nequaquam abnuere potuerunt. Quaesitum est igitur sortibus et inventum, quod cum sua hoc prosperitate nullatenus perficere possent, neque locum ipsum eorum depraedationi[f] a Deo concessum. Iterum quaesitum est, in quam partem ituri essent, ubi sibi pecuniam adquirerent, *ne forte vana *p. 704.
spe frustrati ad sua vacui remearent. Ceciditque sors, quod ad urbem quandam longius inde positam in finibus Slavorum[g] ire deberent[1]. Hoc ergo illi, videlicet Dani, quasi divinitus sibi imperatum credentes, a loco memorato recesserunt et ad urbem ipsam directo itinere properarunt. Irruentesque super quietos et secure habitantes improvise, civitatem illam armis coeperunt, et captis in ea spoliis ac thesauris multis, ad sua reversi sunt. Rex vero ille, qui ad eos depraedandos venerat, pace cum eis foederata, argentum, quod ab eis nuper acceperat, reddidit et apud eos aliquandiu resedit, volens genti[h] suae reconciliari. Sicque Domini gratia propter fidem servi sui Herigarii populum illius loci ab hostium incursu liberans, bonis suis restituit. Quo facto, ipse in conventu populi publico eandem rem proposuit et, ut, quis deus esset, intentius perviderent, monuit: 'Heu, miseri', dicens, 'vel iam nunc intellegite, quod vanum sit a daemonibus auxilium petere, qui non possunt tribulantibus[i] subvenire. Suscipite fidem domini mei Iesu Christi, quem probastis Deum[k] verum esse, qui vobis nullum habentibus refugium suae miserationis tribuit solatium. Nolite ultra culturam superstitiosam quaerere et inani sacrificio idola vobis placare. Verum Deum, qui omnium quae in caelis et in terris sunt dominatur, colite et ipsi vos subicite ipsiusque omnipotentiam adorate!' Denique ipse[1]

a) sibi 2. 3. b) *novum cap.* (42) *inc.* 2?3; *c.* 40. *Gualdo.* c) ageret 3. d) perquireret 3. e) quomodo 3; quocumque modo *B.* f) depredatione 2. 3. g) Sclavorum 2. 3. h) gentis *corr.* genti 3. i) tribulantibus, *manu s. XVII. corr.* tribulatis 3, *et ita L*; tribulationibus *B.* k) verum Deum 3. l) *deest* 3.

1) *De qua non constat. Kruse, 'Gesch. des Esthnischen Volksstamms' p.* 457 *n. de civitate in partibus Nowgorod cogitavit.*

post haec tanto alacrior quanto frequentibus Domini beneficiis in fide robustior factus, publice ubicumque aderat, partim exasperando[a], partim[b] suadendo, virtutem Domini et fidei gratiam cunctis nuntiabat. Sicque bonum certamen usque ad finem suae perduxit vitae. Consummatoque boni operis cursu, languore ingravescente, astante iam dicto Ardgario sacerdote, divinae commendatus clementiae, communione sacra percepta, feliciter in Christo obiit. De[c] cuius fidei constantia multa adhuc dici poterant, sed, quia brevitati studuimus, haec [dicta[d]] sufficiant.

20.[e] Illis quoque temporibus apud eos matrona quaedam fuit valde religiosa, quam nulla umquam improborum perversitas a fidei suae potuit rectitudine evertere. Cui frequenter in quacumque necessitate positae, ut more eorum idolis sacrificaret, suggestum est; sed illa immobilis fidei suae munia non reliquit; vanum esse dicens, a simulacris mutis et surdis auxilium quaerere, et abominabile[f] sibi videri, ut his quibus in baptismo renuntiaverat denuo intenderet et sponsionem quam Christo promiserat falleret. 'Si enim malum est', inquit, 'hominibus mentiri, quanto magis Deo? Et si bonum est inter homines fidem constare, quanto magis qui[g] fidem Domini accipit nullatenus ab ea debet immutari[h] neque vanitatem veritati miscere? Dominus', inquit, 'meus Iesus Christus omnipotens est, ipse mihi, si in eius fide[i] perseveravero, et sanitatem et omnia quibus indiguero bona secundum voluntatem suam praestare poterit'. Praedicta itaque religiosa femina nomine Frideburg, in bonitate vitae et fidei constantia laudabilis, dies vitae suae usque ad tempus perduxit senectutis. Cumque iam appropinquare dies[k] suae crederet mortis, et post discessum domni Gauzberti[l]·* nullus ibi tunc adesset sacerdos, ipsa amore officii[m], quod audierat viaticum esse christianorum, de[n] vino aliquid emptum in quodam reservari fecit vasculo; filiae suae etiam in fide religiosae demandans, ut, si quando ei tempus ultimum[o] instaret, de ipso vino, quia sacrificium non habebat, ei in ós distillaret, ut vel sic Domini gratiae exitum suum commendaret. Illud itaque vinum tribus fere annis apud eam conservatum est, sicque contigit, illuc[p] praedictum adventasse sacerdotem Ardgarium. Quo ibi posito, ipsa quamdiu vires habuit religionis suae devotionem exercuit, missarum sollemnia et salutaria monita

*) Symonis *B* 1; Simonis *B* 2.

a) exasp. *manu s. XVII. corr.* exaltando 3, *et ita L.* b) p. suad. *des.* 2. 3. c) De cuius — sufficiant *des. B.* d) *ita* 2. 3; *deest* 1. e) 18. *B*; (43) 2?3; 41. *Gualdo.* f) abhominabile 2. 3. *B.* g) quam 2. h) immitari 2. i) fidem 2. k) diem 2. 3. l) Gautberti 2. 3. m) sacrificii 3. *B.* n) e 3. o) t. inst. ult. 3; ult. t. inst. *B.* p) illud 2.

sedule ab eo exquirens. *Verum inter haec languore se praeoccupante, coepit infirmari. Et ita[a] sollicita de obitu suo, memoratum ad se accersiri fecit presbiterum, et accepto de manu eius optato viatico, feliciter migravit ad Dominum. Ipsa[b] vero elemosinis semper intenta, quia in saeculi quoque rebus dives erat, filiae suae praedictae Catlae[c] nomine iniunxerat, ut post suum ex hac luce discessum cuncta quae illius erant in pauperes dispensaret. 'Et quia hic minus pauperes inveniuntur, post obitum', inquit, 'meum, cum tibi primo oportunitas evenerit, venditis omnibus quae hic dispensata non fuerint, sume tecum argentum[d] et vade ad Dorstadum. Ibi sunt ecclesiae plurimae et sacerdotes ac clerici, ibi indigentium multitudo. Illó adveniens, quaere, qui rite[e] doceant, fideles, quomodo ea dispenses, et pro animae meae remedio omnia in[f] elemosinam distribue'. Post[g] excessum itaque matris filia quae mater iusserat strenue adimplevit. Arreptoque itinere perveniens ad Dorstadum, religiosas ibi exquisivit feminas, quae cum ea loca sancta circuirent[h] et, quid cuique dispensari deberet, eam instruerent. Cum ergo quadam die causa dispensandi loca sancta peragrarent, et medietas iam distributa esset, ipsa sociis suis dixit: 'Nunc iam lassae sumus; melius est, ut aliquid[i] nobis de vino ematur, unde refocilari possimus, et sic demum coepta peragamus'. Datis igitur ad hoc 4[k] denariis, et viribus resumptis, quod coepere peregerunt. Quibus completis, ipsa ad hospitium suum rediens, saccum, in quo argentum fuerat, in quodam loco vacuum posuit, sed, largiente superno munere, denuo ipsum locum adiens, sicuti antea fuerat plenum invenit. Quae tanto obstupefacta miraculo, ascitis ad se, quae cum ea prius ierant, religiosis feminis, quid sibi contigerit, ostendit. Coram quibus quid inibi[l] esset computans, tantundem[m] pretii esse invenit, quantum illo advexerat, exceptis 4[k] denariis. Consilio itaque ab eis accepto, ivit ad sacerdotes, qui ibi probabiliores videbantur, et id ipsum eis innotuit. Qui gratiam Dei pro tanta eius bonitate laudantes, quod eius labori ac bonae intentioni Dominus retribuerit[n], intimabant. 'Quia', inquiunt[o], 'matri tuae oboediens fuisti et fidem tuam circa eam illibatam servasti et, tanti itineris labore suscepto, elemosinam illius strenue implesti, Dominus omnium bonorum retributor pro mercedis retributione et necessitatis tuae subsidio ista tibi contulit. Ipse est[p] nempe omnipotens et omnibus sufficiens

*p. 705.

a) *deest* 3. *B.* b) *c.* 42. *inc. Gualdo.* c) Cathle 3; Clathle 2; C. n. *des. B* 2. d) argentum *post suppl.* 1; *deest L.* e) te 2. 3. f) in el. *des.* 2. 3. g) *novum cap.* (44) *inc.* 2?3. h) circumirent 2. 3. i) n. aliq. 2. 3. k) septem 2. 3. l) ibi 2. 3. m) *ita* 2. 3; tandum 1; tantum *B.* n) ea retr. 2. 3. o) quia, cum (c̄ 2) inquiunt 2. 3. p) n. est 3.

nullius indiget. Ipse quoque omnia, quae pro eius nomine a fidelibus illius in necessitates pauperum ac servorum illius distributa fuerint, in caelesti regno recompensabit[a]. Quod* ita esse, ne aliquo modo dubitares, et ne te census dati distributio peniteret, hoc te Dominus miraculo certificare dignatus est. Hoc etiam[b] signo, quod mater tua cum Domino salva sit, firmiter crede; hoc miraculo admonita, tu quoque tua pro Christo dare ne timueris, certa, quod tibi a Domino recompensabuntur in caelis. Ista ergo tibi a Deo[c] donata tua sunt, et tuo arbitrio, quomodocumque volueris, ea dispensabis. Nam ea quae in usus tuos acceperas ipse tibi reddere noluit, quia ea tantum sua benignitate retribuit, quae pro eius amore in pauperes illius distributa fuerint[d]'. Igitur[e] post excessum praedicti viri Herigarii iam memoratus sacerdos[f] Ardgarius amore[g] solitariae, quam ante duxerat, vitae ab illis partibus egressus, locum suum repetiit. Sicque denuo christiani ibi positi sacerdotali sunt praesentia destituti. Qua ré[h] manifesto patuit indicio, quod ad corroborandam fidem praefati viri Herigarii necnon et[i]
*p. 706. supra dictae matronae[k], pariterque ut exitum eorum *divinae commendaret clementiae, et quod fideliter desideraverant, mysterium videlicet sacrae communionis, pro ultimo viatico perciperent, iam dictus anachoreta Ardgarius ad illas partes destinatus fuerit.

21.[1] Verum inter haec superius comprehensa contigit, bonae memoriae Hludowicum[m] serenissimum imperatorem,
840. divino ordinante iudicio, vitae[n] praesenti decessisse. Post cuius obitum cum de regni divisione magna fieret perturbatio, pastoris quoque nostri aliquo modo labefactari coepit legatio. Nam** cum cella supradicta Turholt in partem cessisset venerandi regis Karoli, ipse eam a servitio, quod pater suus disposuerat, amovit et vobis bene cognito dedit Raginario[o]. Pro qua ré cum et a fratribus suis gloriosissimis regibus et a multis quoque aliis saepius fuisset admonitus, et ipsę eorum petitioni nullatenus assentiret, iam dictus pater noster multiplicibus tunc atteri coepit necessitatibus et indigentiis. Unde contigit, ut fratres[p] vestri, qui hic[1] tunc

*) Quod — — caelis *des. B.*
**) Nam — — dereliquerint *des. B, qui pergunt*: Iam dictus pater noster hac de causa multiplicibus tunc atteri cepit.

a) compensabit 3. *B.* b) iam 2. 3. c) Domino 2. 3. d) fuerunt 2. 3. e) *c.* 19. *inc. B*; (45) 2?3; 43. *Gualdo.* f) sacerdos Dei 3. *B.* g) amorae *corr.* amore 1. h) Qua de re 3. i) *deest* 2. k) Frethuburgis *add. B* 1; Frethaburg *add. B.* 2. l) *nulla cap. dist. B*; (46) 2?3; 44. *Gualdo.* m) Hludovicum 2; Ludovicum 3, *semper.* n) vita 3. *B.* o) Reginario 2. 3. p) ut et fr. 2. 3.

1) *Hamburgi.*

cum eo aderant, ad vestram societatem redierint, et multi quoque alii causa paupertatis eum dereliquerint. Ipse tamen cum paucis, qui cum eo substiterant, prout potuerat[a] se agebat, et, licet in paupertate degens, iniunctum sibi officium nequaquam deserere voluit.

22.[b] Dominus quoque humilitatem eius et patientiae fortitudinem conspiciens, quia cor regis in manu Domini est, Ps. 21, 1. clementissimi domini et senioris nostri Hludowici[c] regis, qui post patrem suum huius regni gubernacula suscepit, ad hoc animum incitavit, ut quaerere inciperet, unde ei solacium subsistendi facere posset, quo legationis suae mandatum perficeret. Et* quia in hac provintia cellam nullam huic legationi habebat congruam, erat autem ibi iuxta episcopatus Bremensis ecclesiae tunc desolatus pastore[l], illum ei dare 845. disposuit. Unde in publico conventu episcoporum ceterorumque fidelium suorum tractare cum eis coepit, utrum hoc ei facere canonica auctoritate liceret[d]. Dominus enim et pastor noster hoc sibi periculosum esse aliquo modo formidans et, ne a quibuslibet nevo[e] cupiditatis reprehenderetur, caute praevidens, non facile huic dispositioni assentiebat. Iubente itaque rege haec eadem res in concilio episcoporum ventilata est. Qui multis praecedentibus exemplis probaverunt, bene posse fieri, ut, quia dioecesis illa, ad quam ipse[f] ordinatus fuerat**, admodum parva[g] erat — nam nonnisi quattuor baptismales habebat ecclesias[2] — et haec ipsa multotiens iam barbarorum incursionibus devastata, ista ei causa solacii adiungeretur. Verum, ne in aliquo scrupulum Ferdensis pateretur episcopus, quod etiam partem de suo episcopatu ultra Albiam sumptam ipse cum Bremensi tota simul parroechia retineret, statuerunt, ut, sicut tempore domni Hludowici imperatoris primo fuerant episcopatus ipsi[h], et Bremensis scilicet et Ferdensis, resti-

*) Et — congruam *des. B, qui pergunt*: Erat ibi iuxta.
**) *B pergunt*: toties barbarorum incursionibus[i] iam devastata esset[k], ista ei causa solatii adiungeretur. Quo decreto — diocesim suscepit gubernandam. *Reliqua pars capitis deest.*

a) poterat 2. 3. b) 20. *B*; (47) 2?3; 45. *Gualdo.* c) Luthuwici *B* 2. d) *in marg. suppl.* 1. e) e *e corr.* 1. f) *deest* 3; ord. f. ipse *L.* g) prava, *manu s. XVII. corr.* pua 3. h) ipse 2. 3. i) in cursibus *B* 2. k) *deest B* 2.

1) *Mortuo d.* 24. *Aug. a.* 845. *Leuderico episcopo, successore Willerici.*
2) *De Hamburgensi ecclesia et Meldorpiensi Ditmarsorum satis constat, quibus ecclesias in Heiligenstaetten et in Schoenefeld accessisse, ex Adamo Brem. I,* 25. *II,* 15. *verisimile. Suppetebant procul dubio altaria portatilia et, praeter monasteriolum Wellanum, oratoria nonnulla, sed baptismus solis reservabatur ecclesiis baptismalibus, statutis temporibus, paschate et pentecoste, tunc peragendum. D.*

tuerentur, et ipse teneret Bremensem; ex qua maior pars diocaesis[a] suae sumpta fuerat, quae etiam tunc pastoris erat praesentia desolata. Quo decreto ita ab episcopis constituto, ipse iubente rege Bremensem suscepit diocesim[a] guber-
847. nandam[1]; porro partem parroechiae, quae ultra Albiam ad se pertinere debebat, Waldgarius[b] recepit tunc Ferdensis[c] episcopus. Quod cum ita aliquandiu esset, iterum diligentius ipsa ré in alio concilio episcoporum[2] ventilata, visum est eis, non bonum esse, ut sedes, ad quam ille ordinatus fuerat, ab alio episcopo teneretur — nam Hammaburg tunc
*p. 707. in partem cesserat Waldgarii[d] —, potestatem *quidem regis esse dicentes[e], ut dioecesim parvam et admodum captivatam augeret, locum tamen ad archiepiscopalem dignitatem auctoritate apostolica firmatum nullatenus immutandum. Unanimo ergo consensu cum voluntate praedicti regis piissimi Hludowici episcopi ibi constituti censuerunt, ut sedem, ad quam consecratus fuerat, pater noster Anskarius[f] reciperet, et si quid ultra Albiam ex Ferdensi ipse retineret dioecesi, ex Bremensis ecclesiae parroechia illius sedis restitueret episcopo. Quod ita et regio iussu et synodali episcoporum decreto, ipsius quoque Waldgarii[g] memorati Ferdensis episcopi voluntate et assensu perfectum est.

23.[h] Porro, cum haec agerentur, Colonia civitas, ad quam Bremensis parroechia suffraganea erat, eo tempore absque benedictione episcopali degebat. Quod quia diuturnum extitit, istud etiam sine illius loci pontificis praesentia necessario decernendum fuit. Postea tamen, consecrato ad
850. eundem locum venerabili praesule[1] Gunthario, hoc ipsum, dominus et pater noster ei suggerere studuit, ut sua quoque auctoritate firmaretur. Cui tamen rei ipse admodum contrarius extitit. Qua de causa postmodum, in Vurmacia[k] civitate positis duobus regibus, Hludowico scilicet et Hlothario[1], coram multa episcoporum utriusque regni frequentia[3], praesente venerabili patre nostro, haec eadem res exposita est. Quod cum ab omnibus bene ita ordinatum probaretur, ut praedictus[m] pontifex Guntharius hoc ipsum sua auctoritate firmaret, cuncti rogaverunt. Qui primo quidem fortiter his reniti coepit, iustum non esse multipliciter

a) *ita h. l.* 1. b) Walgarius 2. c) Fordensis 1. d) Waltgarii *h. l.* 2. 3. e) docentes *corr.* dicentes 1. f) Anscharius 2. 3, *semper*. g) Waltgar. 2. 3. h) 21. *B*; (48) 2. 3; 46. *Gualdo*. i) e *e corr.* 1. k) Wurmatia 2. *B* 2; Wormatia *B* 1. l) Lothario 3. *B* 2. m) pr. quoque 3.

1) *E decreto concilii, m. Octobr. a.* 847. *Moguntiaci habiti. D.* 2) *De conventu Moguntiaci m. Octobr. a.* 848. *habito* (*Ann. Fuld. p.* 365) *cogitari videtur.* 3) *In placito m. Mart. a.* 857. *Wormatiae habito* (*Ann. Fuld.*). *D. Sed Lotharium Wormatiae fuisse, nemo tradit. Neque alibi tempus certo certius indicatur; cf. Dehio p.* 54, *qui a.* 860. *defendit.*

asserens, ut sedes suffraganea in archiepiscopalem verteretur, 858.
nec se debere honorem sedis sui[a] in aliquo minuere; postremo tamen, et ipsis regibus et cunctis simul episcopis ibi aggregatis pro hoc ipso eum rogantibus et omnino causa necessitatis id licitum fore dicentibus, respondit, si apostolica auctoritate firmaretur, ex se quoque ratum esse. Quo responso accepto, cum etiam omnes suffraganei eius haec eadem consensissent, piissimus rex iam dictus Hludowicus, cupiens et patris sui elemosinam in omnibus augmentare et quod ipse disposuerat per omnia ratum fieri, reverentissimum Salomonem Constantiae civitatis episcopum pro hoc ipso ad sedem direxit apostolicam. Cum quo etiam dominus et pater noster Anskarius, quia ipse per se non poterat, filium suum fratrem nostrum Nordfridum misit presbiterum. Qui[b] officiosissime a sanctissimo suscepti papa Nicolao[c], legationis suae mandatum ei plane et dilucide retulerunt[d]. Qui prudenter et sollicite ea quae ab ipsis dicebantur mente pertractans et Deo inspirante pro lucrandis animabus gentilium hanc constitutionem iustam esse decernens, voluntatem regis nostri sua auctoritate firmavit[l]. Denique[e.*], ut ipsam rem diligentius ab eo elucubratam[f] manifestius aperire possimus, verba ipsius interponere decrevimus. Cum enim causam legationis eius et cetera superius comprehensa plene et breviter recapitulasset, deinde[g] subiunxit: *Cuius delegationis et auctoritatis et pallii acceptionis pagina nobis est a filio nostro Hludowico per Salomonem sanctissimum episcopum destinata[h], iuxta morem sanctae Romanae ecclesiae bullata. Per cuius tenorem paginae haec ita fuisse comperimus, sicut pietas nobis iam fati regis per fidelem virum, Salomonem scilicet episcopum, intimavit. Unde nos vestigia tanti pontificis et praedecessoris nostri sequentes Gregorii*** *omnemque ibi Deo dignam statutam[i] providentiam agnoscentes, magnorum principum votum, Hludowici videlicet divae[k] recordationis augusti et aequivoci eius filii excellentissimi regis, tam huius apostolicae auctoritatis praecepto quam etiam pallii datione more praedecessorum nostrorum roborare decrevimus. Quatinus tanta fundatus auctoritate praenominatus Anskarius, primus Nordalbingorum archiepiscopus, et post*

*) Denique — — decrevimus *des. B.*
**) secundi *add. B.*

a) *ita* 1. 2; sue 3; sue *B* 1. b) *c.* 47. *inc. Gualdo.* c) Nicholao 2. d) dilucedere tulerunt, *deletis* re 3. e) *novum cap.* (49) *inc.* 2?3. f) elugubr. 2. 3. g) denique 3. h) dist. 2. i) staturam 3. k) d'iue 3.

1) *D.* 31. *Maii a.* 858. *data est bulla Nicolai* (*ap. Lappenberg nr.* 14, *p.* 21. *interpolata*); *de qua cf. Koppmann p.* 6 *sqq. Cf. Nicolai epistolam regi Ludowico scriptam, Jaffé ed.* 2. *nr.* 2758.

858. *ipsum successores eius, lucrandis plebibus insistentes, adversus temptamenta diaboli validiores existant. Ipsumque filium nostrum iam dictum Anskarium legatum* in omnibus circumquaque gentibus Sueonum** sive Danorum necnon etiam Slavorum*[a], *vel in ceteris ubicumque illis in partibus constitutis divina pietas ostium aperuerit, publicam euangelizandi*
*p. 708. **tribuimus auctoritatem. Ipsamque sedem Nordalbingorum Hammaburg*[b] *dictam, in honore sancti Salvatoris sanctaeque eius intemeratae genetricis Mariae consecratam, archiepiscopalem deinceps esse decernimus. Atque ut strenui praedicatoris*[c] *episcopi post decessum crebro dicti Anskarii archiepiscopi persona*[d] *tantoque officio apta eligatur semper successio, sub divini iudicii obtestatione statuimus. Verum*[e] *quia Karolus*** rex, frater saepedicti regis Hludowici, post discessum imperatoris patris sui piae memoriae Hludowici abstulit a praenominato loco, qui dicitur Hammaburg, monasterium quod appellatur Turholt*[f], *utpote quod post partitionem*[g] *inter fratres suos in regno suo coniacere videbatur, situm in occidentali Francia, quod*[h] *illic genitor suus ad supplementum et victum episcopo et clericis eius dederat, coepere, sicut fertur, omnes ministri altaris recedere. Deficientibus quippe necessariis sumptibus, ab ipsis recesserunt gentibus, et eadem ad gentes legatio per huiusmodi factum defecit. Ipsa quoque metropolis Hammaburg pene deserta facta est. Igitur dum haec agerentur, mortuus est dioecesis*[i] *Bremensis episcopus, quae huic contigua esse dicitur. Cumque saepe dictus rex et hanc dioecesin*[k] *vacantem et illam novellam institutionem cerneret deficientem, insuper et utramque*[l] *hanc ecclesiam, Dei permittente occulto iudicio, per barbarorum saevitiam admodum attenuatam, quaerere coepit, qualiter praedicta Bremensis ecclesia praedictae novellae archiepiscopali uniretur ac subderetur*[m] *sedi, nostro hoc votum roborante decreto. Unde per saepe nominatum venerabilem missum, Salomonem videlicet Constantiae civitatis episco-*

*) et successores eius legatos *B*.

**) Sueonum[n], Danorum, Farriae, Norweorum[o], Gronlondon, Islondon, Scridevindun[p], Slavorum necnon omnium septentrionalium et orientalium nationum quocumque[q] modo nominatarum[r] delegamus et sibi suisque[s] successoribus vicem nostram perpetuo retinendam publicamque euvangelizandi tribuimus auctoritatem. *B*.

***) Karolus — — haec agerentur *des. B*.

a) Sclavorum 2. 3. b) Hammaburch *B* 1; Hammenburg *B* 2. c) praedicatoris *corr.*, *ut videtur*, praedicatores, *sed post* praedicatoris *restitutum* 1. d) personae 1; filii nostri persona *B*. e) *novum cap.* (50) *inc.* 2?3; 48. *Gualdo*. f) Turhult 2. g) partionem 2. 3. h) quo 2. 3. — illuc 2. i) di(y)oceseos 2. 3. k) di(y)ocesim 2. 3. l) ultraque 2. 3. m) succederetur 2; subcederetur 3; u. ac s. s. *in loco raso* 1. n) Sweonum *B* 2. o) Norveorum *B* 2; Norwehorum *B* 3. p) Scridiwindin *B* 2. q) quoque *B* 2. r) nominatorum *corr.* nominatarum *B* 1. s) *deest B* 2.

pum, nobis hoc relatum est confirmandum ac postulatum est 858.
nostra auctoritate roborandum. Nos igitur id[a] *subtili perpendentes examine*[b], *animadvertimus, propter instantem necessitatem et animarum lucra in gentibus demonstrata utile fore. Omnia enim quae proficua ecclesiae probantur existere et divinis non resultant praeceptionibus*[c] *licita et facienda esse non dubitamus, maxime in tam novellae christianitatis plantatione, in qua varii solent eventus contingere. Quam*[d] *ob rem auctoritaté omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et*[e] *Pauli et hoc nostro decreto decernimus secundum reverentissimi regis Hludowici votum, ipsas praedictas dioeceses, Hammaburgensem scilicet et Bremensem, non deinceps duas, sed unam esse et vocari subdique sedi, quae praedecessoris nostri decreto archiepiscopali est munere sublimata, restituta* dumtaxat de Bremensis ecclesiae rebus episcopatui Ferdensi parte inde ante ablata. Nullus vero archiepiscopus Coloniensis** ullam*[f] *sibi deinceps in eadem dioecesi vindicet potestatem. Quin immo et ipsi et omnibus* [*omnino*[g]] *suademus verae religionis cultoribus, ut sacra hac*[h] *legatione fungentibus adiutorio et solacio sint. Quatinus huius*[i] *gratia beneficii plenam mercedem recipere mereantur ab eo qui dixit: 'Ite, docete omnes gentes, et quicumque receperit vos, me recipit'. Itaque omnia a dilecto filio nostro rege Hludowico ad hoc Deo dignum officium deputata nostra etiam pia eius vota auctoritate firmamus. Et quia casus praeteritorum nos cautos faciunt in futurum, omnem quoque adversantem vel contradicentem atque piis nostris his studiis quolibet modo insidiantem anathematis mucrone*[k] *percutimus atque perpetuae ultionis reum diabolica sorte damnamus. Ut culmen apostolicum more praedecessorum nostrorum causamque Dei pio affectu zelantes ab adversis hinc inde partibus tutius muniamus*[l]. His itaque decretis atque institutionibus papae sanctissimi Nicolai[m] Bremensis ecclesia adiuncta et unita*** sedi Hammaburgensi, quae prius metropolis constituta fuerat, facta est archiepiscopalis.

24.[n] Verum[o] quia de[p] dioeceseos[q] illius ratione ita firmata haec praeoccupando diximus — multum enim temporis fuit, ex quo sedem illam gubernandam suscepit, priusquam auctoritate apostolica firmaretur —, ad ea quae prius gesta sunt

*) restituta — ablata *des. B.*
**) vel quilibet *add. B.*
***) et subdita *add. B.*

a) s. id 1. b) exanime 3. c) precessionibus, *manu s. XVII. corr.* preceptoribus 3. d) *novum cap.* (51) *inc.* 2?3; 49. *Gualdo.* e) ac 2. f) ulla 2. g) *ita* 2. 3. *B*; *deest* 1. h) c *e corr.* 1. i) gr. h. 3. k) muchrone 2. l) muniamur 2. 3. m) Nicholai 2. 3. n) (52) 2?3; 50. *Gualdo.* o) Verum — redeamus *alio atramento in loco, ut videtur, raso B* 1; *ubi c.* 22. *a verbis*: Namque suscepta *inc.* p) *deest* 2. *B* 1. q) dioceseos eos 2.

redeamus. Namque, suscepta Bremensi parroechia, iterum spiritu fervere[a] coepit intimo, quia iam tunc quid daret habebat, si quid posset in partibus Danorum pro Christi
*p. 709. *elaborare nomine. Unde frequentius Horicum[b] adire, qui tunc solus monarchiam regni tenebat Danorum, et* muneribus eum ac quibuscumque poterat obsequiis conciliare studuit, ut sua licentia praedicationis officio in regno eius frui valeret. Aliquotiens namque regia etiam legatione ad eum mittebatur, et quae ad foedera pacis et utriusque regni utilitatem pertinebant strenue et fideliter peragebat. Qua de re cognita fide et bonitate sancti viri, praedictus Horicus rex multo eum affectu coepit venerari et libenter eius consilio uti ac familiarissimum in omnibus habere, ita ut etiam inter[c] secreta sua, dum de negotiis regni cum consiliariis suis tractaret, ipsi liceret interesse. Ea quoque, quae[d] inter populum huius terrae, videlicet Saxonum, ac regnum ipsius causa foederis debebant constitui, non aliter nisi fide illius volebat firmari, hoc sibi dicens omnino fidissimum esse, quod ille ei et laudasset et spopondisset. Hac itaque familiaritate potitus, coepit etiam illi persuadere, ut fieret christianus. Ille quoque omnia, quae ei ex divina intimabat scriptura, benigne audiebat et bona prorsus ac vere salutaria esse laudabat, seque his plurimum delectari ac libenter Christi[e] gratiam velle promereri. Cui post talia vota etiam[f] sanctissimus pater noster[g] suggerere coepit, ut Christo domino hanc concederet benivolentiam, quod ei gratissimum foret, ut in regno suo ecclesiam fieri permitteret, ubi sacerdos omni tempore praesens adesset et verbi divini semina ac baptismi gratiam quibusque suscipere volentibus traderet. Quod ille benignissimo concessit affectu et in portu quodam regni sui ad hoc aptissimo et huic regioni proximo Sliaswich[h] vocato, ubi ex omni parte conventus fiebat negotiatorum, ecclesiam illi fabricare permisit, tribuens locum in quo presbiter maneret; data pariter licentia, ut quicumque vellet in regno suo fieret christianus. Hac[i. k] ergo domnus episcopus noster accepta licentia, statim quod diu desideraverat perfecit.** Et constituto ibi presbitero, gratia Dei in eodem loco fructuosius crescere coepit. Multi namque ibi antea erant christiani, qui vel in Dorstado vel in Hammaburg[l] baptizati[m] fuerant, quorum quidam primores

*) ut offitio predicationis in regno eius frueretur *B, ubi media desunt.*
**) Et consecrata ecclesia in honore sanctae genitricis Dei Mariae *add. B (des. etiam ap. Gualdonem).*

a) c. ferv. 3. b) Oricum 2. 3. c) in 1. d) qua 3. e) Chr. velle gr. 3; v. Chr. g. *B.* f) *deest* 2. 3 (*ubi* pater *superscr. manu s. XVII*). *B.* g) sanct. patenter sugg. 2. 3. h) Sleaswich 2; Scleaswich 3. *Gualdo*; Slieswich *B* 1. 2. 3. i) *e corr.* 1. k) *novum cap.* (53) *inc.* 2?3; 51. *Gualdo.* l) Hammabur 2; Hammaburch *B* 1. m) batiz. 2.

ipsius vici habebantur, et gaudebant facultatem sibi datam christianitatem suam observandi. Quorum exemplo multi quoque alii et viri et feminae, relicta superstitiosa idolorum [a] cultura, ad fidem Domini conversi baptizabantur. Factumque est[b] gaudium magnum in ipso loco, ita ut etiam gentis huius homines absque ullo pavore, quod[c] antea non licebat, et negotiatores tam hinc quam ex Dorstado locum[d] ipsum libere expeterent, et hac occasione facultas totius boni inibi exuberaret. Et* cum multi inibi baptizati supervixerint, innumerabilis tamen albatorum[1] multitudo exinde ad regna conscendit caelorum. Quia libenter quidem signaculum crucis[2] recipiebant, ut catecumini[e] fierent, quo eis ecclesiam ingredi et sacris officiis interesse liceret, baptismi tamen perceptionem differebant, hoc sibi bonum diiudicantes, ut in fine vitae suae baptizarentur, quatinus purificati lavacro[f] salutari, puri et inmaculati vitae aeternae ianuas absque aliqua retardatione intrarent. Multi quoque apud eos infirmitatibus detenti, cum se frustra idolis pro salute sua sacrificasse viderent et a propinquis suis desperarentur, ad Domini misericordiam confugientes, christianos se fieri devovebant. Cumque accito sacerdote baptismi gratiam percepissent, statim incolumes gratia[g] divina largiente *fie- *p. 710.
bant. Sicque crevit in eodem loco Dei miseratio, et ad fidem Domini populi conversa est multitudo[3].

25.[h] Inter haec vero dominus et pater noster Anskarius etiam pro[i] gente Sueonum, eo quod sacerdotis tunc praesentia desolati essent, nimio condolens affectu, a praefato poscere coepit rege Horico sibi in omnibus familiarissimo, uti suo auxilio fines illius regni petere posset. Qui cum maxima benivolentia hanc quoque petitionem eius suscipiens[k], ita se per omnia facturum promisit. Qua** de causa domnus episcopus noster cum praefato coepit Gauzberto[l] pontifice de hoc ipso tractare, necessarium esse dicens, ut iterum probaretur, si forte gens illa divinitus admonita sacerdotes

*) Et cum — — intrarent *des. B, qui pergunt*: Multi aput.
**) Qua de causa — — mandata ei committens *des. B.*

a) idorum 1. b) *manu s. XVII. superscr.* 3. c) et quod 2. 3. d) vicum 2. 3. e) catic. 2; cathec. 3. f) lavachro 2. g) gratia d. *e corr.* 1; inc. divina largitate 3. h) 23. *B*; (54) 2?3; 52. *Gualdo.* i) protegente *corr.* pro gente 1. k) suspiciens *post corr.* suscipiens 3. l) Gauberto 2, *post corr.* Gautberto 3.

1) *h. e. albas gerentium, eorum scil. qui, cum baptismum in ultimum vitae stadium distulissent, in candida illa veste, qua post baptismum induti essent, exspirarent. Hos clinicos vocat Cyprianus. D.* 2) *primam signationem vocabant; apud Scandinavos 'primsigaing'. D.* 3) *Gesta sunt haec ab a.* 848 (*Ann. Fuld.*) *usque ad a.* 854, *quo rex Horicus, solus e filiis Godofredi superstes, civili bello periit; Prudentii Trec. Ann. a.* 854; *cf. a.* 850. *D.*

secum manere pateretur, ne fides Christi illis in partibus coepta eorum neglegentia aliquo modo deperiret. Praedictus vero pontifex Gauzbertus[a], qui et Symon[b], se inde expulsum rursus locum [illum[c]] repetere non ausum respondit, nec id valde proficuum fore posse, immo magis periculosum, si denuo priorum reminiscentes aliquid perturbationis circa eum excitarent; sibi magis congruum videri, ut ille iret, qui hanc legationem primo susceperat quique benigne ibi habitus fuerat, ipse vero cum eo nepotem suum mitteret, qui ibi, si locus praedicandi inveniretur, remaneret et sacerdotali apud eos officio fungeretur. Hoc itaque ratum inter se decernentes, coram praesentia clementissimi regis venerunt Hludowici causamque huiuscemodi ei retulerunt, atque, ut eius licentia ita fieri permitteretur, exorabant. Qui sciscitans, utrum ipsi in hac voluntate[d] concordes fuissent, responsum a venerabili Gauzberto pontifice tale accepit: 'In Dei', inquit, 'servitio nos semper concordes et fuimus et sumus, et istud unanimo consensu ita fieri cupimus'. Itaque serenissimus rex, in Dei causa semper voluntarius, secundum quod inter eos convenerat legationem hanc pro Christi nomine pastori nostro iniunxit religiosissimo, suae quoque partis, sicuti et pater eius fecerat, ad regem Sueonum mandata ei committens. Igitur[e] devotissimus pater noster ad hoc iter praeparare se coepit, et, ut quantotius hoc expleret, ferventiori[f] incitabatur spiritu. Siquidem et hoc caelitus sibi iniunctum credebat, visione quadam imbutus, quam ante praeviderat. Visum namque est ei, quod pro ipso itinere, sicut erat, valde esset sollicitus, et videbatur ei, quod ad quendam veniret[g] locum, in quo erat structura aedificiorum magna et mansiones diversae. Ubi quidam ei obvius factus, locutus est ad eum dicens: 'De itinere quod[h] sollicitaris et de his quae sunt in corde tuo ne supra modum contristeris, quia hic quidam est propheta*, qui te de his omnibus certum reddet. Et ne aliqua menti tuae super eo[i] insideat[k] dubitatio, dicam tibi,

*) *Arrhenius, ceteroquin sequax Lambecii, qui verba* qui te — propheta *omisit, hunc textum plane diversum repraesentat:* quidam est propheta. Is vere certeque tibi dicet omnem progressum huius negotii rationemque reddet sollicitudinis, quam animo volutas de hoc itinere; et ne quid dubitationis in corde supersit tibi, ipse ego tibi dicam, ubinam sit is propheta, de quo tibi caepi dicere. Abbas *etc. Contra Langebekius paucis:* quidam est propheta, de quo tibi coepi dicere. Abbas *etc. Quae unde hauserint Arrhenius et Langebekius, uterque codicibus destitutus, nondum assequor, nisi fortasse Arrhenius verba veteris versionis Suecicae, non monito lectore, Latine translata in textum recepit. D.*

a) Gaubertus 3. b) Simon 2. c) *deest* 1. d) volunte *corr.* voluntate 1. e) *novum cap.* (55) *inc.* 2?3; 53. *Gualdo.* f) fruentiori 2. g) deveniret 2. 3. *B.* h) quod *corr.* quo 1; quod, *manu s. XVII. corr.* quo 3; quo *B.* i) *ita* 2. 3. *B*; ea 1. k) incideat 3 (e *expunctum*); insedeat *B* 1.

quis sit ille propheta. Abbas quondam clarissimus Adalhardus[a] ipse nunc est propheta[b] ad te a Domino missus, qui tibi ea quae proventura sunt annuntiabit'. Quo ille audito exhilaratus animo, visus est illi respondisse: 'Domine, ubi inveniam eum?' Et ille: 'Tuo', inquit, 'labore invenies eum, nec est licitum cuiquam eum tibi insinuare'. Tunc[c] visum est ei, quod iret per circuitum mansionum ipsum quaerendo et pariter in mente sua tractaret. 'Si', inquit, 'ille non interrogatus a me annunciaverit mihi quae sunt in animo meo, tunc verum illum prophetam comprobabo'. Ad quandam ergo perveniens mansionem clarissimam et speciosissimam, vidit eum ibi in solio suo sedentem, et statim recognovit. Ille quoque confestim pronuncians, intentus in eum, dicere coepit: 'Audite insulae, et *attendite *p. 711.
populi de longe. Dominus ab utero vocavit te, de ventre Es. 49, 1—3.
matris tuae recordatus est nominis tui. Et posuit ós tuum quasi gladium acutum, in umbra manus suae protexit te, et posuit te sicut sagittam electam; in faretra [sua[d]] abscondit te, et dixit tibi: "Servus meus es tu, quia in te gloriabor". Quo dicto, extento brachio manum dexteram ad eum coepit erigere. Ille autem, hoc viso, ad genua eius accessit, sperans eum se velle benedicere. At ille subiunxit: 'Et nunc haec cf. Es. 49, 5—7.
dicit tibi Dominus, formans te ex utero servum sibi: "Dedi te in lucem gentium, ut sis illis in salutem usque ad extremum terrae. Reges videbunt, et consurgent principes, et
adorabunt dominum Deum tuum et sanctum Israel, quia cf. Es. 55, 5.
glorificabit te'. Hanc ergo visionem servus Dei cum ante profectionem illam longe vidisset, certum tenebat animo, Dei se imperio ad partes illas incitari; et maxime in verbo, quod[e] dictum est: 'Audite, insulae', quia omnis fere patria illa in insulis est constituta, et quod subiunctum est: 'Eris illis in salutem usque ad extremum terrae', quia finis mundi in aquilonis partibus in Sueonum coniacet regionibus. Denique* etiam verbum, quod de prophetia[f] Hieremiae[l] in fine[g] commutatum est, scilicet: 'quia glorificabit te', ardorem desiderii illi maximum nutriebat, quia palmam martyrii olim sibi promissam hoc significare putabat.

26.[h] Profectionem itaque hanc suscepturus, iam dicti 852.
regis Horici missum pariter et signum secum habuit. Qui regi[i] Sueonum nomine Olef[k. 2] partis[l] suae mandatum tale

*) Denique — — putabat *des. B.*

a) Adalardus 2. 3. b) p. ad te *in loco raso* 1. c) *novum inc. cap.* (56) 2?3; 54. *Gualdo.* d) *deest* 1; tua *B.* e) quo 2. 3. f) propheta Iheremia 2. 3. g) finem 2. 3. h) 24. *B*; (57) 2?3; 55. *Gualdo.* i) regis 2. 3. k) Oleph 3. *B.* l) patris, *rec. m. corr.* partis 3.

1) *Potius Esaiae.* 2) *Hic Oleph non reperitur in Islandorum serie regum Sueciae. D.*

intimari iussit: servum Dei, qui ex parte Hludowici[a] regis missus fines regni eius peteret, sibi per omnia cognitum fore, ac se in vita sua numquam tam bonum vidisse hominem nec in quolibet mortalium aliquando tantam fidem invenisse. Ideoque, cognita eius sanctissima bonitate, omnia quae ille in regno suo causa christianae religionis disponere vellet, se ei concessisse. Ipsumque petere, ut similiter in regno suo ei permitteret culturam christianitatis, quam optabat, statuere, quia ipse nihil aliud quam quod bonum et rectum foret[b] vellet perficere. Susceptum[c] itaque peragens iter, viginti ferme diebus navigio transactis, pervenit ad Byrca[d]. Ubi invenit regem et multitudinem populi nimio errore confusam. Instigante enim diabolo, adventum beati viri omnimodis praesciente, contigit eo ipso tempore, ut quidam illo adveniens diceret, se in conventu deorum, qui[e] ipsam terram possidere credebantur, affuisse, et ab eis missum, ut haec regi et populis nunciaret: 'Vos', inquam, 'nos vobis propitios diu habuistis et terram incolatus vestri cum multa abundantia[f] nostro adiutorio in pace et prosperitate longo tempore tenuistis. Vos quoque nobis sacrificia et vota debita[g] persolvistis, grataque nobis vestra fuerunt[h] obsequia. At nunc et sacrificia solita subtrahitis[i] et vota spontanea segnius offertis et, quod magis nobis displicet, alienum deum super nos introducitis. Si itaque nos vobis propitios habere vultis, sacrificia omissa augete et vota maiora persolvite. Alterius quoque dei culturam, qui[k] contraria nobis docet, ne apud vos[l] recipiatis et eius servicio ne intendatis. Porro, si etiam plures deos habere desideratis, et nos vobis non sufficimus, Ericum[m. 1] quondam regem vestrum nos unanimes in collegium nostrum asciscimus, ut sit unus de numero deorum'. Hoc[n] ergo diabolicum mandatum publice denunciatum in adventu domni episcopi mentes cunctorum perturbabat, et error[o] nimius ac perturbatio corda hominum[p] confuderat. Nam et templum in honore supra dicti regis dudum defuncti statuerunt et ipsi tanquam deo vota et sacrificia offerre coeperunt. Adveniens itaque illuc domnus episcopus, ab amicis suis quondam ibi[q] cognitis quaerere coepit, quomodo regem super hac
*p. 712. re interpellaret. Qui omnes toto[r] *annisu contradicentes, asserebant, nihil omnino ea vice legationem eius proficere posse, sed, si aliquid haberet pretii, ea ratione illum dare debere, ut vivus inde evaderet. Quibus ille: 'Non', inquit,

a) r. Hlud. (Lud). 2. 3. b) *in loco raso* 1. c) *novum cap.* (58) *inc.* 2?3; 56. *Gualdo.* d) Byrcam 2. 3; Bircam *B.* e) quia 2, *manu s. XVII. corr.* qui 3. f) habund. 2. 3. g) dedita 2. h) fuerint 2. i) subtrai(y)tis 2. 3. k) que . . . docetur 2. 3. l) nos, *manu s. XVII. corr.* vos 3. m) Hericum 2. *B* 2. n) *novum cap.* (59) *inc.* 2?3; 57. *Gualdo.* o) *superscr.* vel horror 1. p) omnium 3. *B.* q) *deest* 2. r) tota, *mox corr.* toto 1.

1) *Ericum Upsaliensem fortasse, Biörnonis Haugensis fratrem. D.*

pro vitae meae redemptione aliquid hic daturus sum, quia, si Dominus meus ita disposuerit, pro eius nomine hic[a] paratus sum et tormenta subire et mortem pati'. Cum ergo pro hac re in maxima esset positus anxietate, tandem accepto consilio regem ad suum invitavit hospitium. Cui convivium exhibens[b], dona quae potuit obtulit et legationis suae mandata retulit. Nam* et antea per missum Horici et per fideles domni episcopi, qui ibi manebant, causa adventus ipsius eidem regi denunciata fuerat. Delectatus itaque et caritatis eius benivolentia et munerum datione, se quidem quae ille suggesserat gratanter velle, respondit. 'Antea tamen hic', inquit[c], 'fuerunt[d] clerici, qui populari hinc seditione, non regio iussu, eiecti sunt. Quapropter et ego hanc legationem vestram confirmare nec possum nec audeo, priusquam sortibus deos nostros consulam et populi quoque super hoc voluntatem interrogem. Sit missus tuus in placito mecum proximo, et ego pro te loquar populo. Et**, si quidem diis fautoribus illi tuae consenserint voluntati, quod quaesisti prosperabitur. Sin autem, et hoc tibi notum faciam'. Sic quippe apud eos moris est, ut quodcumque negotium publicum magis in populi unanimi[e] voluntate quam in regia constet[f] potestate. Hoc[g] ergo pastor noster devotissimus responso regis accepto, totum se convertit[h] ad Domini refugium, ieiuniis et orationibus vacans atque in contritione et afflictione cordis semet ipsum in conspectu Dei humilians.

27.[i] Verum ipso inter has pressurarum angustias posito, cum dies placiti appropinquaret, quadam die inter sacra missarum sollemnia, dum sacerdos altari astans mysteria sancta benediceret, illi in terram prostrato caelestis effusa est inspiratio. Siquidem Spiritus sancti dono interius roboratus et fiducia maxima in animo confortatus, cognovit, omnia sibi proventura uti vellet. Unde eidem sacerdoti sibi in omnibus familiarissimo post missam denuntiavit, nihil se trepidationis habere debere, quia secum gratia Dei comitaretur. Cui interroganti, quomodo hoc sciret, divinitus sibi inspiratum respondit. Quam mentis eius illustrationem frater ille satis recognovit, quia taliter eum divinitus consolari multis ante probavit indiciis. Hanc ergo animi eius fiduciam statim rei confirmavit eventus. Nam rex, congregatis primo principibus suis, de hac patris nostri legatione cum eis tractare coepit. Qui sortibus quaerendum statuerunt, quae super

*) Nam — — fuerat *des. B.*
**) Et — — faciam *des. B.*

a) paratus sum (*deest B* 2) hic 2. 3. *B.* b) exib. 2. c) inquam 1. d) fuerint 2. e) unanima 3. *B.* f) constat *corr.* constet 1; consistat 3. *B.* g) *c.* 58. *inc. Gualdo.* h) ad D. c. r. 3. *B.* i) 25. *B*; (60) 2?3.

hoc deorum esset voluntas. Exeuntes igitur more ipsorum in campum, miserunt sortes; ceciditque sors, quod dei voluntate christiana[a] religio ibi fundaretur. Quod factum unus[b] ex primoribus, amicus domni episcopi, statim ei innotuit et, ut consolaretur animo, admonuit, dicens: 'Confortare et viriliter age, quia deus voluntati et legationi tuae non abnuit'. Sicque ipse, fiducia sumpta, spiritu interiori laetificatus, exultabat in Domino. Deinde[c] cum dies placiti advenisset, quod in praedicto vico Byrca habitum est, sicut ipsorum est consuetudo, praeconis voce rex, quae esset eorum legatio, intimari fecit populo. Quo illi audito, sicut erant antea errore confusi, diversa sentire et tumultuare coeperunt. Quibus ita perstrepentibus, consurgens unus, qui erat senior natu, in medio plebis, dixit: 'Audite me, rex et populi. De cultura istius dei[d] pluribus nostrum bene iam est cognitum, quod in se sperantibus magnum possit praestare subsidium. Nam multi nostrum iam saepius et in marinis periculis et in variis necessitatibus hoc probaverunt. Quare ergo abicimus, quod necessarium nobis et utile scimus? Aliquando nempe quidam ex nobis Dorstadum adeuntes, huius religionis normam profuturam[e] sibi sentientes, spontanea voluntate suscipiebant. Nunc* multae interiacent insidiae, et pyratarum infestatione periculosum valde nobis iter illud factum est. Quod ergo tam longe positum prius sollicite quaerebamus, hic nobis modo oblatum[f] quare non suscipimus? Et qui eius dei gra-
*p. 713. tiam nobis in multis utilem probavimus, quare servos *eius nobiscum manere non libenter assentiamus? Attendite**, populi, consilium vestrum et nolite abicere utilitatem vestram. Nobis enim, quando nostros propitios habere non possumus deos, bonum est huius dei gratiam habere, qui semper in omnibus potest et vult ad se clamantibus auxiliari'. Hoc[g] ergo ita perorante, omnis multitudo populi unanimis effecta, elegit, ut secum et sacerdotes essent, et*** quae[h] competebant mysteriis Christi apud eos sine contradictione fierent. Rex itaque surgens a placito, statim cum[i] misso domni episcopi suum direxit nuncium, mandans populi unanimitatem ad suam voluntatem conversam; sibique hoc[k] per omnia placere, necdum tamen se plenam licentiam ei concedere posse, donec in alio placito, quod erat in altera parte regni

*) Nunc — — factum est *des. B, qui* propter insidias pyratarum *post* quaerebamus *add.*
**) Attendite — — auxiliari *des. B.*
***) et ministeria Christi aput eos fierent. *Reliquum capitis deest B.*

a) rel. ch. 3. b) unum *corr.* unus 1. c) *novum cap.* (61) *inc.* 2?3; 59. *Gualdo.* d) diei 1. e) profutura 2, *corr. m. s. XVII.* profuturam 3. f) oblatam 2. g) *novum cap.* (62) *inc.* 2?3; 60. *Gualdo.* h) quia 2. 3. i) commisso 2. 3. k) *deest* 2.

sui[1] futurum, id ipsum populis ibi positis nuntiaret. Tunc iterum bonae memoriae pater noster consueta sua requirens subsidia, divinam clementiam intentius exorabat; cum ecce placiti tempus advenit, et rex praeconis voce legationem domni episcopi atque omnia pariter quae in priori placito dicta et acta fuerant intimari fecit. Divina ergo providentia largiente, omnium corda ita adunata sunt, ut prioris placiti consensum cuncti laudarent et se quoque his assentire velle modis omnibus faterentur.

28.[a] Hoc itaque facto, convocato ad se rex domno episcopo quae fuerant gesta retulit. Sicque omnium unanima[b] voluntate et consensu decrevit, ut apud eos et ecclesiae fabricarentur, et sacerdotes adessent, et quicumque vellet de populo absque contradictione christianus[c] fieret. Dominus autem et pastor noster praedictum nepotem venerabilis* Gauzberti[d] episcopi Erimbertum[e] nomine manibus regis commendavit, ut suo auxilio et defensione munitus mysteria divina ibidem ageret. Cui etiam rex in praefato vico atrium unum ad oratorium dedit fabricandum; domnus quoque episcopus presbitero ad habitandum alterum cum domo emit. Praebensque idem rex benignissimum circa domnum episcopum dilectionis suae favorem, fidelissimum quoque in omni parte suis circa christianae religionis cultum se fore velle promisit. Sicque per[f] Domini gratiam rite omnibus peractis, domnus episcopus ad sua reversus est.

29.[g] Porro angustiam maximam mentis, quam in ipso perpessus est itinere, dum illud iter pararetur, Domino revelante pater noster sanctissimus ante praescivit. Visum namque est illi quadam nocte, quod tempus esset passionis Domini[h], et quod ille praesens adesset, cum dominus Iesus Christus a Pilato duceretur ad Herodem et rursus ab Herode ad Pilatum, denique cum a Iudeis et militibus sputa et obprobria patiens, per omnia membra verberibus, ut ipsi videbatur, afficeretur, ipse non sufferens illum sic puniri accurrens, opposuit se post dorsum eius verberantibus, omniaque verbera, quae illi infligebantur, ipse in corpore suo susciperet, excepto, quod statura procerior, capite illi eminentior videbatur, et idcirco[i] illud defendere non poterat. Hanc itaque visionem miles invictus Christi, quid significaret, prius

*) n. Symonis[k] ep. *B*.

a) 26. *B*; (63) 2?3; 61. *Gualdo*. b) un *e corr.* 1. c) f. chr. 3. *B*. d) Guazb. 2. e) Eribertum 2. 3 (*manu s. XVII. corr.* Erimb.); Rimbertum *B* 2. f) *deest* 1. g) 27. *B*; (64) 2?3; 62. *Gualdo*. h) *deest* 3. *L*. i) iccirco 2. k) Sim. *B* 2.

1) *Suecia scilicet sic stricte dicta; Byrca enim Gothiae vicus censebatur.* LANGEBEK. *De Gothia vero h. l. cogitat Geijer, 'Gesch. Schwedens' I, p.* 115. *Cf. Maurer, 'Einführung des Christenthums' I, p.* 34.

non cognovit, quam de hoc itinere reversus mente tractavit, quanta opprobria et irrisiones ibi sustinuerit et in quanta angustia fuerit quantasque blasphemias in Deum illatas ibi sustulerit. Nam quantum ad eius pertinuit animum, ibi[a] ille sine dubio pro Christo passus est, et ibi Christus in servo suo prius sibi illata denuo sustinuit improperia. Porro quod caput illius defendere non poterat, hoc significare[b] putabat, quia caput Christi Deus, quod passiones, quas sancti in hoc mundo pro Christo sustinent, partim ad ipsam etiam Dei pertineant maiestatem, quas ipse in se quodammodo compatiendo suscipiens, ad tempus quidem tolerat, sed quando-
Hebr. 10, 30. que districte iudicabit; sicut scriptum est: *Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus.*

30.[c] Nec praetereundum quoque videtur, qualiter Domini[d] virtus post hanc profectionem iam dictis Sueonibus
*p. 714. patefacta sit. Gens enim quaedam longe ab eis posita, *vocata Cori[e. 1], Sueonum principatui olim subiecta fuerat; sed iam tunc diu erat, quod rebellando eis subici dedignabantur. Denique Dani hoc scientes, tempore supra dicto, quo domnus episcopus iam in partes Sueonum advenerat[2], navium congregata multitudine, ad eandem perrexerunt patriam, volentes et bona eorum diripere et sibi eos subiugare. Regnum vero ipsum quinque habebat civitates. Populi ita-
853. que inibi manentes, cognito eorum adventu conglobati in unum, coepere viriliter resistere et sua defendere. Dataque sibi victoria, medietate populi Danorum caede prostrata, medias[f] quoque naves eorum diripuerunt, auro et argento spoliisque multis ab eis acceptis. Quod[g] audiens praedictus rex Olef[h] populusque Sueonum, volentes sibi nomen adquirere, quod facere possent quae Dani non fecerint, et quia sibi etiam antea subiecti fuerant, innumerabili congregato exercitu, illas adierunt partes. Et primo quidem improvise ad quandam urbem regni ipsorum vocatam Seeburg[i. 3], in qua erant septem milia pugnatorum, devenientes, penitus illam devastando et spoliando succenderunt. Exinde[k] confortati animo, dimissis navibus, iter quinque dierum arri-

a) ubi 3. b) *deest* 2. 3. c) 28. *B*; (65) 2?3; 63. *Gualdo.* d) v. D. 3. *B.* e) Chori 2. 3. *Gualdo, Adam*; Chor *B*; v. C. *in loco raso eadem manu* 1. f) media q. naves 2, *manu s. XVII. corr.* medium q. navium 3, *et ita L.* g) *novum cap.* (66) *inc.* 2?3; 64. *Gualdo.* h) Oleph 3. *B.* i) Seburg *B*; Segeburch *Gualdo.* k) *novum cap.* (67) *inc.* 2?3; 65. *Gualdo.*

1) *Curones s. Curlandi.* 2) *Quapropter expeditio Danorum in Curlandiam ad a.* 853. *probabiliter referri poterit. D.* 3) *Seleburg esse putant in Semigallia ad Dunam fluvium, unde primi Semigalliae et Curlandiae episcopi dicti Selonenses. Sed improvisus adventus, et ipsa nominis a mari repetita deformatio ore advenarum, non bene quadrant in locum tam remotum a mari. D. Cf. Kunik, 'Forschungen' XXIV.*

pientes, ad aliam urbem ipsorum, quae Apulia[a. 1] dicebatur, 853.
effero corde properabant. Erant* autem in ea urbe quindecim milia hominum bellatorum. Cum itaque illo advenissent, conclusis ipsis in civitate, isti a foris urbem debellare, illi de intus coepere viriliter repugnare; illi intrinsecus defendebant, isti exterius impingebant[b]. Sicque transierunt dies octo, ut omni die a mane usque ad vesperam dimicantes bello instarent, et multi hinc et inde caderent, neutra tamen pars victoriam obtineret: cum[c] ecce nono die populus Sueonum diutina caede fatigatus coepit angustari, et timido corde expavescens, hoc solum cogitare, quomodo inde evaderent. 'Hic', inquiunt, 'non proficimus, et naves nostrae longius absunt'. Nam quinque dierum, ut praediximus, iter erat ad portum, in quo naves eorum stabant. Cum ergo, quid sibi esset agendum, nimium turbati omnimodis nescirent, quaerendum sortibus statuerunt, utrum dii eorum eis vellent auxiliari, ut vel victoriam caperent vel vivi inde evaderent. Missis itaque sortibus, neminem deorum, qui eis subsidio esse vellet, repperire potuerunt. Quod cum denunciaretur in populo, ululatus et gemitus immensus exortus[d] est in castris, omnisque virtus ab eis recessit. 'Quid', inquiunt, 'infelices acturi sumus? Dii recesserunt a nobis, et nullus eorum adiutor est nostri. Quo fugiemus? Ecce naves nostrae longius sunt positae, fugientibusque nobis, isti insequentes ad[e] internetionem[f] nos delebunt. Quae[g] ergo nobis erit spes?' Cum[h] itaque in tanta essent angustia positi, quidam negotiatorum, memores doctrinae et institutionis domni episcopi, suggerere eis coeperunt: 'Deus', inquiunt, 'christianorum multotiens ad se clamantibus auxiliatur et potentissimus est in adiuvando. Quaeramus, an ille nobiscum esse velit, et vota ei placita libenti animo spondeamus'. Omnium itaque rogatu supplici missa est sors, et inventum, quod Christus eis vellet auxiliari. Quod cum publice denunciatum cunctis innotuisset, omnium corda ita subito roborata sunt, ut confestim ad urbem expugnandam intrepidi vellent accedere. 'Quid', inquiunt, 'nunc nobis formidandum quidve pavendum est? Christus est nobiscum; pugnemus et viriliter agamus, nihil nobis obstare poterit. Nec

*) Erant — bellatorum *des. B, ubi et sequentia contracta leguntur.*

a) Appul. *Gualdo.* b) impugnabant 2. c) *c.* 66. *Gualdo.* d) exortatus 2, *m. s. XVII. corr.* exortus 3. e) usque ad 3. f) internicionem 2; interuentionem, *m. s. XVII. corr.* internetionem 3. g) Quid ergo nobis erit (spes *deest*) 2. 3. h) *novum cap.* (68; *inc.* 2?3; 67. *Gualdo.*

1) *Haud dubie Pilten in Curlandia ad Windawam fluvium. D. Sed cf. Kunik l. l., qui locum Appule vel Ampule in chartis a.* 1253 (*Bunge, 'Livl. UB.' I, p.* 327. 335) *nominatum, sed nunc destructum, intelligi posse censet.*

853. deerit nobis certa victoria, quia potentissimum deorum nostri adiutorem habemus'. Conglobati* ergo omnes, laeto et forti animo ad debellandam profecti sunt urbem. Cumque[a] in circuitu astantes[b] pugnam inire vellent, ab his qui intrinsecus erant postulatum est, ut copia eis daretur loquendi. Quod cum rex Sueonum annuisset, illi subsecuti sunt: 'No-
*p. 715. bis iam *pax magis quam pugna placet, et foedus vobiscum inire cupimus. Et primo quidem quicquid ex spoliis[c] Danorum praeterito anno in auro et armis adquisivimus, vobis pro munere foederis damus. Deinde pro unoquoque hominum in hac urbe constitutorum dimidiam libram argenti offerimus, et insuper censum, quem antea solebamus, vobis persolvimus[d], et datis obsidibus, abhinc subiecti et obaudientes, sicuti antea fuimus, vestro imperio esse volumus'. Cum haec itaque oblata fuerint, necdum tamen animi iuvenum sedari poterant, verum alacriores facti et absque metu imperterriti pugnare tantum desiderantes, armis se urbem et omnia quae haberent vastaturos ipsosque captivos abducturos dicebant. Rex[e] vero et principes saniori consilio dextras ab eis accipientes, foedus inierunt, et thesauris innumerabilibus atque obsidibus 30 sibi collatis, cum gaudio ad sua reversi sunt. Denique pace inter eos foederata, statim Sueones[f] Christi domini nostri omnipotentiam collaudantes eiusque magnificentiam viribus totis, quod vere magnus super omnes deos esset, praedicantes[g], quid ipsi, per quem tantam obtinuissent victoriam, vovere deberent, sollicite quaerere coeperunt. Unde[h] a[i] christianis edocti negotiatoribus, qui simul aderant, Christo domino placitum devoverunt ieiunium, ita ut ad sua reversi, postquam domi septem dies essent, alios septem omnes pariter a carne abstinerent, sed et post hoc quadraginta diebus evolutis, ipsi quoque unanima conventione quadraginta sequentes similiter a carne abstinentiam agerent. Quod et factum est; omnesque[k] quī ibi affuerant hoc statutum libenti perfecerunt animo. Multi etiam post haec reverentia et amore Christi apud eos ieiuniis, quae christiani observabant, insistere[l] et elemosinis, quia hoc Christo gratum didicere, quoslibet pauperes adiuvare coeperunt. Sicque favore omnium praedictus Erimbertus sacerdos libere apud eos quae Dei sunt agere, et cunctis Christi potentiam laudantibus, religionis divinae in illis partibus

*) Conglobati — — urbem *des. B.*

a) *novum cap.* (69) *inc.* 2?3; 68. *Gualdo.* b) adst. 2. c) expoliis 2. d) vobis dare persolvimus 3. e) *novum cap.* (70) *inc.* 2?3; 69. *Gualdo.* f) Suones 2. g) magnif., quod vere magnus super omnes esset deos, totis viribus predicantes 3. h) *novum cap.* (71) *inc.* 2?3; 70. *Gualdo.* i) a christianis *e corr.* 1; a *deest, manu s. XVII. suppl.* 3. k) Nam omnes *e corr.* 1. l) insistere incipientes et el. 2. 3.

devotio augmentum sui ab eo tempore sine ullius contradictione coepit habere.

31.[a] Inter haec vero divino contigit iudicio, ut pyratarum infestatione memoratus Horicus[b] rex, quibusdam pro- 854.
pinquis eius regnum ipsius invadere conantibus, bello interemptus sit. Cum quo pariter omnes primores terrae illius, qui olim domno episcopo familiares et amici habebantur, gladio interierunt. Deinde post haec constituto in regno ipsius Horico[c] iuniore, quidam eorum quos ille tunc habebat principes, et minus antea domno cogniti fuerant episcopo, persuadere ei coeperunt, ut ecclesia apud eos facta destrueretur, et religio christianitatis ibi coepta annullaretur, dicentes, deos suos sibi iratos esse, et quod ideo tanta eos mala invenerint, quia alterius et ignoti dei apud se culturam receperint. Qua de re comes praefati vici, Sliaswich[d] videlicet, nomine Hovi[e], qui huic religioni praecipue resistebat et ad destruendam christianitatis fidem regem provocabat, ecclesiam ibi factam iussit claudi religionemque christianitatis ibidem prohibuit observari. Unde et presbiter, qui ibi aderat, persecutionis acerbitate compulsus, inde recessit.

32.[f] Pro hac itaque re domnus episcopus nimium sollicitus et admodum tristis effectus fuerat, quia nullum tunc cum Horico iuniore de amicis habebat, quos antea largissimis donationibus sibi familiares adquisierat, per quos eum ad Domini voluntatem conciliare posset. Unde, quia humano destitutus fuerat, ad divinum solito more concurrit auxilium. Nec spes eum[g] sua fefellit. Consolatus est quippe eum Dominus spiritali in animo consolatione, et certus omnino factus est, quod nullo modo, ut hostes Christi machinabantur[h], religio ibi coepta deperiret. Quod ita Domino annuente non multo post contigit. Nam cum pro hac eadem causa ad praedictum regem ire disponeret, Domini praeveniente gratia, idem rex, expulso prius de vico memorato iam dicto comite, ita ut numquam[i] postea in eius gratiam redire potuerit, ad domnum episcopum suum gratis direxit legatum, mandans, ut sacerdotem suum ad propriam remitteret ecclesiam; non se minus quam seniorem Horicum Christi velle gratiam promereri asserens domnique episcopi amicitiam obtinere. Quo[k] facto, *cum ipse quoque reverentissimus pastor noster ad eius- *p. 716.
dem regis praesentiam cum adiutorio Burghardi[l] illustrissimi comitis venisset, qui etiam antea apud Horicum seniorem adiutor illi in omnibus fuerat et apud regem utrumque bene poterat, quia propinquus ipsorum erat, tanta gratia a iuniore

a) 19 (*pro* 28) *B*; (72) 2?3; 71. *Gualdo.* b) Hericus *B* 2. c) Horrico *h. l.* 2. d) Sleawih 2; Scleawih 3; Sliteswich *B* 2. e) Hom *B* 2. f) *nulla cap. dist. B*; (73) 2?3; 72. *Gualdo.* g) enim 2. h) machinarentur 2. i) nonnumquam 2. k) *novum cap.* (74) *inc.* 2?3; 73. *Gualdo.* l) Burchardi 2. 3; Burgard. *Gualdo.*

susceptus est Horico, ut statim ei omnia, quae antecessor eius[a] causa christianitatis in regno suo fieri permiserat, ipse quoque concederet. Insuper etiam, quod antea nefandum paganis videbatur, ut clocca[b] in[c] eadem haberetur ecclesia, consensit. In alio quoque vico regni sui Ripa[d] vocato similiter locum, ubi ecclesia fabricaretur, tribuit et, ut ibi sacerdos praesens adesset, suae potestatis licentiam dedit.

33.[e] Denique* dum haec agerentur, praedictus venerabilis Gauzbertus episcopus ad gentem Sueonum quendam misit presbiterum nomine Ansfridum, qui ex gente Danorum oriundus** a domno Ebone ad servitium Domini educatus fuerat. Qui cum illo advenisset, memoratus Erimbertus sacerdos exinde reversus, et ille ibi cum multa omnium ambitione tribus aut[f] eo amplius annis demoratus est. Post*** hoc vero audito domni Gauzberti obitu[1], ipse quoque exinde reversus et apud nos aliquandiu conversatus, infirmitatis molestia correptus, aggravescente dolore defunctus est. Quo facto, domnus episcopus non sufferens fidem christianitatis ibi[g] coeptam deperire, suum illuc presbiterum Ragenbertum[h] nomine mittere disponebat. Qui[i] cum ad hoc satis idoneus et tantae profectioni[k] valde esset voluntarius, dum ad portum memoratum Sliaswich[l], in quo naves cum negotiatoribus, qui cum eo ituri erant, constabant, pergeret, diabolica machinatione fortuitu in via Danorum latrocinantium insidiis circumactus et his[m] quae habebat spoliatus, die assumptionis sanctae Mariae ipse quoque in bonae voluntatis cursu feliciter consummatus[n] est. Quod[o] factum cum domni episcopi animum nimio affecisset maerore, nequaquam tamen a coepta[p] retrahi potuit voluntate; verum non multo post ad hoc opus alium ordinavit presbiterum[q], ex[r] gente quoque[s] Danorum progenitum, nomine Rimbertum[t. 2]. Quem† cum ad illas partes pro Christi nomine destinasset, benigne ibi a rege et a populo susceptus, divina apud eos mysteria, largiente Domino, libere hactenus celebravit. Denique et ipsi, sicut et

*) His rite peractis pastor noster venerabilis ad gentem S. *B.*
**) o. erat. Qui *B.*
***) Post reversionem vero Ansfridi, qui apud nos a. c. aggr. d. d. est, suum illuc misit pr. n. Rainbertum[u]. Qui *B.*
†) Qui et a populo susceptus div. — — celebravit *B*, *ubi reliquum capitis et totum caput* 34. *des.*

a) suus 2. 3. *B.* b) cloca 2. 3. c) in e. *des.* 2; cl. h. in ecclesia 3. d) Rippa *Gualdo.* e) 30. *B*; (75) 2?3; 74. *Gualdo.* f) a. e. *desunt* 2; a. e. a. *des. B.* g) sibi 2. h) Ragembertum 3. i) *novum cap.* (76) *inc.* 2?3; 75. *Gualdo.* k) tanta profectione 2. 3. l) Scleaswich 2. 3. m) hiis 3 *semper.* n) consummatum 2, *manu s. XVII. corr.* consummatus 3. o) *novum cap.* (77) *inc.* 2?3; 76. *Gualdo.* p) accepta 2. q) episcopum 2. 3. r) e 2. 3. s) quidem 2; queque, *manu s. XVII. corr.* quoque 3. t) Kimbertum 3. u) Raginbertum *B* 2.

1) *De tempore non constat; sed a.* 858—860. *mortuus esse videtur; cf. Rydberg, 'Sverges tractater' I, p.* 8 *n., et Kunik l. l.* 2) *Alium Rimberto Turholtensi, vitae Anskarii auctore. D.*

ceteris, quos inter paganos ante constituerat, denuntiavit sacerdotibus, ut nullius aliquid concupiscerent neque peterent, sed ut magis exemplo beati Pauli[a] apostoli ipsi quoque manibus suis laborarent et victu ac vestimento contenti[b] essent, pie eos adhortatus[c] est. Quibus tamen ipse et sequacibus eorum quicquid necessarium habebant, insuper et si quid pro amicis adquirendis dandum erat, de suo abunddanter[d] ministrabat.

34.[e] Porro inter has multiplices variasque angustiarum pressuras, quas, uti commemoravimus, de eadem legatione passus[f] est, licet divina, ut praedictum est, semper inspiratione roboraretur, ne a[g] coepto desisteret opere, tamen quoque[h] Ebonis memorati Remensis archiepiscopi, qui hanc legationem primo susceperat, non modice eum in hac causa et devotio mentis et fervor consolabatur animi. Siquidem ipse intimo pro vocatione gentium flagrans spiritu, iugiter eum ad fidei gratiam in partes istas promulgandam incitabat et, ut coepta non desereret, strenue commonebat. Cuius verbis exhortationis et maximo ardore mentis, quo ad hoc fervebat, iste beatus vir provocatus, indubitanter officii sibi commissi curam agebat, nec aliqua umquam incommoditatis adversitate a coepto opere averti poterat. Et[i] licet innumera fuerint praedicti pontificis suasoria monita, quibus pater noster intimo consolabatur gaudio, illius tamen semper recordabatur sermonis, quem de huius legationis causa in ultimo collocutionis suae habuere tempore. Nam cum domnus episcopus noster, dinumeratis multis, quae sibi contigerant, angustiis, quid de eadem legatione sibi videretur, ipsum requireret, qualemque consolationem sibi super hoc dicere vellet, ab *eo sollicite exposceret, ille, quasi prophetico afflatus spiritu, *p. 717. respondit: 'Certus sis[k]', inquit, 'quia, quod nos pro Christi nomine elaborare coepimus, fructificare habet in Domino. Nam ita est fides mea, et sic firmiter credo, immo veraciter scio, quia, etsi aliquando propter peccata quodammodo impeditum fuerit, quod [nos[l]] in illis coepimus gentibus, non tamen umquam penitus extinguetur[m], sed fructificabit in Dei gratia et prosperabitur, usquequo perveniat nomen Domini ad fines orbis terrae'. Haec[n] itaque fides fuit eorum, hac voluntate exterarum gentium fines petierunt, huius religionis amore pro Domino certaverunt, a quo et praemium laboris sui sine dubio percepturi sunt. Huius devotionis voluntas ab animo domini[o] et patris nostri numquam recessit, et pro salute gen-

a) Petri apostoli et Pauli 2; auli *et* stoli *alia manu in loco raso* 3. b) contempti 2. c) adort. 2. d) hab. 2. e) (78) 2?3; 77. *Gualdo.* f) p. e. l. div. ut *des.* 2; p. e. l. div. *des.* 3. g) *deest* 2; accepto 3. h) t. domni quoque Ebbonis 2. 3. i) *novum inc. cap.* (79) 2?3; 78. *Gualdo.* k) sum 2. 3. l) *deest* 1. m) extinuetur 2, *rec. manu corr.* extenuetur 3. n) *novum cap.* (80) *inc.* 2. 3; 79. *Gualdo.* o) domni *corr.* domini 1.

tium numquam orare cessavit. Quin potius, cum assidua fere pyratarum infestatione, qui ex gentibus iam dictis veniebant, parroechia illius in circuitu vastaretur ac familia diriperetur, ille tamen pro adversantibus et insidiantibus sibi iugiter exorabat et pro conversione[a] eorum qui sibi malefaciebant apud Dei misericordiam sine cessatione rogabat, petens, ne statueretur illis in peccatum, quod ignorantes Dei iustitiam, errore diabolico decepti, christianorum rebus essent infesti. Cuius sollicitudinis causa in tantum fervebat, ut, etiam in infirmitate positus novissima, iam dictae suae legationis causam numquam antea tractare et disponere omiserit, quousque ultimum exalavit spiritum vitae. In quo religionis ardore a seculo[b] susceptus, credimus, quod, maxima secum comitante fidelium multitudine, quos ex gente Danorum atque Sueonum Domino lucratus fuerat, meritum boni certaminis illius divina remunerante clementia, in die resurrectionis omnium gloriose et feliciter regna penetrabit caelorum.

35.[c] Sane, quia de causa legationis eius et cura qua alios salvare cupiebat multa iam diximus, qualis in semet ipso in exercitio[d] salutis propriae animae extiterit, qualiterque corpus suum pro divino timore continue afflixerit, iam nunc tempus est enarrandi. Qualis namque in monasterio apud vos in omni frugalitate et devotionis studio effulserit, non opus est nobis ea dicere quae vobis sunt optime comperta. Tamen, ut auditum habemus, ipse adolescens et iuvenis senibus et grandevis mirandus videbatur et imitandus. Iam vero sumpto[e] apud nos episcopatu, hoc omnino quod in monasterio inchoaverat modis omnibus augmentare, sed et omnium vitam[f] sanctorum imitari studuit, specialius tamen beati Martini. Cilicio[g] namque ad carnem non solum in die, sed etiam in nocte usus est. Denique, sicut in[h] eius vita legerat, magnopere populis verbum Domini praedicando prodesse studebat. Interdum tamen, ut se ipsum in divina exerceret philosophia, solitudinem amabat. Ad quod opus et cellam aptam sibi constructam habebat, quam appellabat quietum locum et amicum maerori. Ubi cum paucis demoratus, quotienscumque a praedicatione et ecclesiasticis officiis et ab inquietudine paganorum liber esse poterat, habitavit secum; ita tamen, ut numquam proprium commodum et solitudinis amorem gregis sibi commissi praeponeret utilitati. Porro quousque iuventutis aliquatenus potitus est robore, persaepe et[i] panem in pondere et aquam in mensura sumebat. Maxime, quamdiu solitudine ei uti

a) conversatione *corr.* conversione 1. b) *ita* 2. 3; a Deo *in loco raso* 1. c) *pergit B* (*c.* 31); (81) 2?3; 80. *Gualdo.* d) exercitatione 2. 3. e) o *e corr.* 1. f) vita 2, *manu s. XVII. corr.* vitas 3. g) Cylitio 3. h) *post add.* 1. i) *deest* 2.

licitum erat. Quo[a] tempore non modice, ut ipse affirmabat, a spiritu temptatus est coenodoxiae. Studebat namque inimicus humani generis peste iam dicta animum illius inficere, et magnus sibi[b] in oculis suis videbatur, quia taliter abstineret. Qua de re tristis factus et ad Domini pietatem totis viribus in oratione conversus, postulabat, ut sua eum gratia ab hac perniciosissima impietate liberaret. Cumque pro hac re precibus esset sollicitius intentus, quadam nocte sopori deditus, vidit se quasi usque in caelum rapi et totum saeculum acsi in teterrimam vallem collectum[c]. Ex quo tamen et beatorum animae, licet raro, angelico ministerio *rapiebantur et ducebantur in caelum. In qua videlicet tene- *p. 718.
brosa valle ostensum est ei etiam quasi sementivum[d] quoddam, ex quo genus humanum ducit originem. Cumque haec omnia admirans et horrescens aspiceret, iussus[e] est, ut attenderet, quo initio in hanc vitam veniret, ac dictum[f]: 'Unde', inquit, 'homini ulla iactantia esse poterit, qui de tam vili origine in convalle lacrimarum procreatus sit? Et quicquid boni habuerit, non a se, sed ab eo, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum[g], acceperit? Si cf. Iac. 1, 17.
igitur ulterius[h]', inquit, 'ab ulla temptatus fueris coenodoxiae peste, istud in mentem reducens memorare, unde progenitus sis, et cum Dei gratia liberaberis'. Quod ita et factum est. Iam[i] vero postquam senuit non adeo potuit de cibo abstinere; potus tamen aqua[k] ei semper erat, nisi quod propter vanam gloriam vitandam magis quam aliquam suavitatem capiendam aliquantulum ipsi aquae, quam bibiturus erat, de potu admiscebat. Quia tamen in senectute sua solito nequivit uti parsimonio, studuit hoc elemosinis et orationibus multisque aliis bonis compensare. Huius namque rei gratia multos redemit captivos, quos et libertate donavit. Nonnullos tamen eorum, qui ad hoc apti esse poterant, ad Dei servitium educandos, literis divinis instruere iussit. Porro[l] ad devotionem sibi in Dei amore acuendam[m] quam studiosus fuerit, testantur codices magni apud nos, quos ipse propria manu per notas conscripsit. Qui solummodo illa continere noscuntur, quae ad laudem omnipotentis Dei pertinent et ad peccatorum redargutionem, ad laudem quoque beatae aeternae[n] vitae et terrorem gehennae, et quicquid ad compunctionem pertinet et lamentum. Testes sunt etiam fratres et apud vos et in Nova Corbeia degentes, quos pro hoc opere frequenter postulavit, quique illi non-

a) *novum inc. cap.* (82) 2?3; 81. *Gualdo.* b) m. s. ipse in o. 2. c) collectam *corr.*, *ut videtur*, collectari 1; *in B haec desunt.* d) ivum *e corr.* 1. e) visus, *manu s. XVII. corr. in marg.* iussus 3. f) dictum est 3. g) perf. est 3. h) alter. *corr.* ulter. 1. i) *novum cap.* (83) *inc.* 2?3; 82. *Gualdo.* k) ei semper aqua 3. *B.* l) *novum cap.* (84) *inc.* 2?3; 83. *Gualdo.* m) accuendam 2. n) et eternae 2. 3.

nulla huiuscemodi conscripta miserunt. Sed numquam illi sat esse poterat, quia omnem vitam suam in luctu et lacrimis exigere volebat. Nam licet illi compunctio cordis frequenter lacrimas excitaret, non tamen umquam ei sufficientes videbantur, nisi quod in ultimo aetatis suae anno hanc quoque gratiam diu quaesitam Domino largiente promeruit, ut quotienscumque vellet ploraret. Denique[a] ex ipsis compunctivis rebus, ex Sacra Scriptura sumptis, per omnes psalmos unicuique videlicet psalmo propriam aptavit oratiunculam. Quod ipse pigmentum[b] vocitare solebat, ut ei psalmi hac de causa dulcescerent. In quibus videlicet pigmentis ipse non compositionem verborum curabat, sed compunctionem tantum cordis quaerebat. In quibus aliquando[c] Dei laudat omnipotentiam et iudicium, aliquando semet ipsum vituperat et increpat; aliquando sanctos, qui Deo oboediunt, beatificat, aliquando miseros et peccatores luget. Quibus omnibus semet ipsum semper deteriorem dicebat. Quae tamen, aliis cum eo psalmos canentibus, finito psalmo ipse solus tacite ruminare solebat, nec ulli ea manifestare volebat. Quidam tamen nostrum, qui ei familiarissimus erat, magna vi precum vix ab eo obtinuit, ut ei ipsa pigmenta, sicut ille cantare solitus erat, dictaret. Quae tamen ipse conscripta vivente eo nemini innotuit, sed post obitum eius quibusque legere volentibus exhibuit[1]. Inter psalmos autem cantandum frequenter etiam manibus operari[d] solitus erat. Nam his temporibus rete operabatur. De[e] ipsis vero psalmis dispositum habuit, quos in nocte, quos in die cantaret, quos dum se ad missam cantandam parabat, quos dum iterum discalciatus ad lectum ire volebat. Mane autem semper quando se calciabat et lavabat[f] laetaniam cantabat, et sic ad ecclesiam profectus, tres aut quattuor missas ipse
*p. 719. astans et officium agens celebrari faciebat. *Statuto tamen legitimo tempore in die publicam missam, nisi aliqua ei incommoditas accidisset, ipse cantabat; sin vero, audiebat. In[g] elemosinis vero dandis quam liberalissimus fuerit, quis enarrare poterit, cum omnia quae habebat in Domini voluntate necessitatem patientibus subministrare cupiebat? Ubicumque enim aliquem in necessitate positum sciebat, ex quanto poterat eum adiuvare satagebat. Et non solum in propria parroechia, sed etiam in longinquis regionibus

a) *novum cap.* (85) *inc.* 2?3; 84. *Gualdo.* b) pigmenta *B.* c) aliq. — iudicium *des.* 2. 3. d) o. s. *in loco raso* 1. e) *novum cap.* (86) *inc.* 2?3; 85. *Gualdo.* f) manus lavabat 3. g) *novum cap.* (87) *inc.* 2?3; 86. *Gualdo.*

1) *Anskarii 'pigmenta' typographiae incunabulis s. l. et a. impressa, iterum publici iuris fecit Lappenberg, 'Zeitschr. f. Hamb. Gesch.' II, p.* 1 *sqq. Ibidem II, p.* 641. *de codice monuit Pragensi* ('*Arch.' IX, p.* 470).

positis subsidium sui adiutorii ministrabat. Specialius tamen hospitalem[a] pauperum in Brema constitutum habebat, ad quem decimas de nonnullis villis disposuit, ut ibi cum cotidiana susceptione pauperum aegroti quoque recrearentur. Per omnem quoque episcopatum suum decimas animalium et omnium redituum[1] decimasque decimarum quae ad eum pertinebant in pauperum expensionem distribuebat. Et quicquid argenti vel cuiuslibet census illi proveniebat, in usus indigentium decimabat. Insuper in quinto semper[b] anno omnium animalium, licet antea decimata fuerint, ad elemosinarum dationem iterum ex integro decimationem faciebat. De argento etiam, quod ad ecclesias in monasteriis veniebat, quartam partem ad hoc ipsum destinatam habebat. Curam[c] vero pupillorum ac viduarum maximam[d] semper habebat, et ubicumque anachoretas esse sciebat, sive viros sive feminas, frequentibus visitationibus et donis ipsos in Dei servitio confortare et necessariis subsidiis adiuvare studebat. Habebat quoque et in zona semper[e] propria saccellum cum nummis, ut, si quando egens veniret, et dispensator elemosinae suae deesset, ipse sine mora quid daret haberet. Studebat enim illud beati Iob dictum per omnia implere, ut nec saltem oculos viduae aliquandiu expectare faceret. Sicque et oculus caeco et pes claudo et pater pauperum esse[f] omnino studebat. In[g] quadragesimae vero tempore quattuor pauperes cotidie in Brema ad escam suscipi iubebat, duos scilicet viros et duas feminas. Et viris quidem ipse cum fratribus pedes lavabat, feminis autem in praedicto hospitali pauperum vice illius quaedam Deo sacrata, quam ipse in Dei voluntate et religionis amore probatam habebat. Denique cum parroechias more episcopali circuiret, antequam ipse ad convivium accederet, pauperes praecipiebat introduci. Quibus ipse et aquam ad manus lavandas exhibebat et eulogiis datis miscebat[2], et mensa ante ipsos posita, sic demum ad suum convivium cum hospitibus accedebat*. Et[h] ut misericordiae ac pietatis eius viscera exemplis approbemus, vidimus quondam, cum inter multos alios cuiusdam viduae filium in longinqua regione captivum abductum, in Sueonum videlicet, pretio redemptum, ipse secum ad patriam reduxisset, et cum ipsum mater sua gau- Iob. 31, 16.

*) Haec et multa alia in Dei nomine faciebat *perg. B, ubi desunt quae sequuntur usque ad finem cap.* 36.

a) hospitale 3. *B.* b) *deest* 2. 3. c) *novum cap.* (88) *inc.* 2?3; 87. *Gualdo.* d) maximum 1. 3? e) s. pr., *corr. manu s. XVII.* pr. s. 3, *et ita B.* f) o. esse 3. g) *novum cap.* (89) *inc.* 2?3; 88. *Gualdo.* h) *novum cap.* (90) *inc.* 2?3; 89. *Gualdo.*

1) *Id ipsum ordinaverat Adalhardus abbas apud Corbeiam veterem, ut ex statutis ipsius constat.* MABILL. 2) *H. e. panes vel cibos benedictione consecratas distribuebat et potum praebebat. D.*

dens videret reversum, sicuti mos est feminarum, prae gaudio in conspectu eius astans lacrimata fuisset, ipse quoque episcopus compunctus non minus flere coeperit. Statimque ipsum viduae filium libertate donatum matri reddidit domumque gaudentes ire permisit.

Phil. 3, 20. 36.[a] Et quia conversatio eius secundum beatum Paulum apostolum semper erat in caelo, nonnumquam ipse caelestibus revelationibus, sicuti iam praefati sumus, licet multa omiserimus, illustrabatur in terra, ita ut fere omnia quae ei proventura erant antea semper sive per somnium sive per intimam revelationem in mente sive per excessum ipsi cognita fierent. Nam quod diximus fieri in mente, huiusmodi esse putamus, sicut in Actibus apostolorum legitur:
Act. 8, 29. 'Dixit', inquit, 'spiritus Philippo'. Ad omnia enim[b] quae forte praecipua definire[c] debebat spacium cogitandi habere volebat, et[d] nihil temere disponebat, antequam gratia Dei
*p. 720. illustratus ipse in mente sua *sentiret, quid[e] melius esset. Sicque superna visitatione certificatus in mente, sine cunctatione quae agenda erant disponebat. Porro ea quae per somnium videbat, sicut[f] iam superius multa compraehensa sunt, tam vera erant, ut numquam ea cassata[g] reminiscamur. Nam[h], ut[i] ad probationem huius rei omissa referamus, antequam ad Bremensem invitaretur ecclesiam, quadam nocte visum est ei, quod venisset in quandam regionem amoenissimam, in qua invenit beatum Petrum apostolum. Cumque illum admiraretur, venerunt quidam homines petentes, ut ipse, beatus videlicet Petrus, eis doctorem et pastorem destinare deberet. Quibus cum ille respondisset: 'Iste est, quem debetis habere pastorem', domnum episcopum coram se stantem[k] eis[l] proponens, visum est ei[m], quod terrae motus fieret magnus, et ipse in terram cecidisset, et quod venisset vox super eum, et magna suavitas in mente, unctio videlicet Spiritus sancti, ita ut se quasi innovatum[n] sentiret in gratia Christi. Vox vero quae venit quasi benedictionem super eum fudit. Post haec iterum, sicut ipsi videbatur, iam dicti viri admonuerunt apostolum, quo eis doctorem quemlibet destinaret. Contrarii enim esse videbantur his quae ille eis ante proposuerat. Quibus ille quasi indignando respondit: 'Nonne dixi vobis, quia hic esse deberet qui inpraesentiarum stat[o]? Quid dubitatis[p]? Nonne audistis vocem super eum Spiritus sancti ad hoc delapsam, ut eum vobis consecraret pastorem?' Quo dicto, somnio[q] experge-

a) (91) 2?3; 90. *Gualdo.* b) ergo *V. Rimb. c. 6, ubi hic locus affertur.* c) diffin. 2; difin. 3. d) et n. t. d. *in marg. suppl.* 1; nec quicquam *V. Rimb. c. 6.* e) quod 3. f) sicuti 2. 3. g) cessata, *manu s. XVII. corr.* cassata 3. h) *novum cap.* (92) *inc.* 2?3; 91. *Gualdo.* i) *deest* 3. k) stante 3. l) *deest* 2. 3. m) ipsi 2. 3. n) innovatam *corr.* innovatum 1. o) stet *corr.* stat 1. p) dubitastis 3. q) som(p)no 2. 3.

factus[a], quod triennio ante viderat, quam ad Bremensem regendam invitaretur ecclesiam, certus omnino factus est, quod alicubi in nomine Domini ire deberet, sed quo, nesciebat. Postquam[b] vero regio iussu ad praedictam ecclesiam venit et eam in honore sancti Petri consecratam didicit et nonnullos quoque ibi invenit qui eum non libenti reciperent animo, recordatus est visionis suae. Hacque de causa consensit, ut illam regendam susciperet dioecesim. Nam aliter numquam[c] se hoc facere voluisse attestando dicebat. Eo quoque tempore quando cellam praedictam Turholt[d] habuerat, quoniam omnis ei cura de vocatione gentium erat, ut eis in sua legatione prodesse potuisset, nonnullos pueros ex Nordmannis[e] vel Slavis emptos in eadem cella causa discendi ad sacram militiam nutriendos posuerat. Quorum quosdam praedictus Raginarius[f], quando illi cella ipsa data est, inde abstulit et ad suum servitium misit. Qua[g] de causa cum nimium esset domnus episcopus anxiatus, post paululum visum est illi, quod venisset in quandam domum invenissetque ibi et venerandum regem Karolum et ipsum Raginarium[f]; quos ipse, ut ei videbatur, de[h] eisdem pueris increpavit, asserens, quod eos ad Dei omnipotentis servitium nutrire disposuerit, non ut Raginario[f] servirent. Quo dicto, visum est ei, quod idem Raginarius[f] levato pede suo ad ós calcitraret domni episcopi. Denique hoc facto, mox visum est ei, quod dominus[i] Iesus Christus propter eum astaret diceretque regi praefato pariter et Raginario[f]: 'Cuius', inquit, 'hic hominem vos tam[k] turpiter dehonestatis? Scitote, quia iste dominum habet, et vos de hac causa non eritis inmultati'. Quo dicto, ipsi exterriti facti, conturbati sunt; domnus vero episcopus evigilavit. Quod illi ostensum quam verum fuerit, testatur ultio divina, quae super ipsum venit Reginarium[l]. Nam [non[m]] multo post iram regis meruit et cellam ipsam una cum omnibus quae ex parte regis habebat perdidit nec ulterius in gratiam pristinam redire potuit.

37.[n] Ut[o] vero de pastorali eius gratia, qualis quantusque extiterit, preterisse non[p] videamur, in illo certe probavimus, quam verum sit, quod beatus Gregorius in figura pastorum, qui in nativitate Domini super gregem suum vigilabant, de pastoribus ecclesiae dixit: *Quid*[1] *est,* inquit, *hoc, quod vigilantibus pastoribus angelus apparuit, eosque Dei claritas circumfulsit? nisi quod illi prae ceteris videre subli-*

a) est *ut videtur eras.* 1. b) *novum cap.* (93) *inc.* 2?3; 92. *Gualdo.* c) umquam *corr.* numquam 1. d) Turhult 2. e) Nortmannis vel Sclavis 2. 3. f) Regin. 2. 3. g) *novum cap.* (94) *inc.* 2. 3.; 93. *Gualdo.* h) de eisdem *in loco raso* 1. i) *deest* 2. 3. k) iam 1. l) *ita h. l. etiam* 1. m) *deest* 1. n) 32. *B, qui h. l. pergit;* (95) 2?3; 94. *Gualdo.* o) Ut *deest 3, ubi* Vero, *manu s. XVII. corr.* Verum, *et ita L.* p) non, *manu s. XVII. corr.* ne 3, *et ita L.*

1) *Homilia* 8. *in euang., Migne, Patrol. LXXVI, p.* 1104.

mia merentur, qui fidelibus gregibus praeesse sollicite[a] *sciunt. Dumque ipsi pie super gregem vigilant, divina super eos gratia largius coruscat*[b]. In omni enim actione illius gratiam Dei cum eo comitasse, multis experimentis probavimus. Nam quod ipse super gregis sui custodia[c] sollicitus, multa sublimia videre promeruerit, et in mente *divinitus superna[d] frequentius visitatione inspiratus sit, superius iam in multis comprehensum ostendimus. Denique etiam[e] exterius gratia Dei in eo largius coruscante, sermo quoque praedicationis illius multa suavitate profusus, partim erat horribilis, ut certo probaretur indicio, infusione spiritali verba eius moderari, quo miscens terroribus blandimenta, vim divini iam praetenderet iudicii, in quo veniens Dominus et terribilis peccatoribus et blandus apparebit iustis. Hac[f] quippe gratia in verbis quoque propriis et vultu admirandus erat, ita ut eum potentes et divites, maxime tamen contumaces et protervi terribilem attenderent, mediocres vero quasi fratrem[g] complecterentur, pauperes autem quasi patrem piissimo venerarentur affectu. Porro, licet signa virtutum velut instrumenta iactantiae caute[h] fugeret, tamen, eo non quaerente, et haec ipsa non deerant. Quod evidenti probatum est indicio, quia scilicet mandatum Domini ex ore illius prolatum in irritum[i] non cessit. Nam cum quodam tempore in Fresia, in pago [videlicet[k]] Ostargao, in die dominica praedicaret populo et inter alia prohiberet, ne quis in die festo opus servile exerceret, quidam illorum, ut sunt contumaces et stolidi, domum reversi, quia serenus erat aer, in pratum euntes, collecto feno acervos fecerunt. Quibus factis, advesperascente die omnes illi acervi, qui eodem die facti fuerant, divinitus igni consumpti sunt[l], illaesis illis permanentibus, qui anterioribus diebus praeparati in medio constabant. Quo facto, populi in circuitu manentes fumum[m] a longe cernentes, hostem adesse putantes, timuerunt valde. Sed diligentius rei veritatem perscrutantes, contumaciam nonnullorum probaverunt esse multatam.

*p. 721.

38.[n] Nec silentio quoque praetereundum arbitramur, quia, cum quodam tempore gens Nordalbingorum plurimum[o] deliquisset, quorum delictum nimis horribile et huiusmodi erat: videlicet cum nonnulli miseri captivi, qui de christianis terris rapti et ad barbarorum terras perducti, nimis apud exteros affligebantur, spe evadendi inde fugerent et ad christianos venirent, ad praedictos videlicet Nordalbingos,

a) *deest* 2. b) chor. 2. 3, *et ita post.* c) custodia, *manu s. XVII. corr.* custodiam 3. d) *deest* 2. e) tiam *e corr.* 1. f) *novum cap.* (96) *inc.* 2?3; 95. *Gualdo.* g) frat', *manu s. XVII. corr.* fratrem 3. h) cautae 1. i) illius in irritum prolatum 2. 3. k) *in marg. add.* 1; *deest B.* l) consumptis, *manu s. XVII. corr.* consumpti sunt 3. m) f. a l. cern. *des. 2. 3.* n) 33. *B*; (97) 2?3; 96. *Gualdo.* o) plurimum — Nordalbingos *des.* 1; nonnulli miseri captivi de christianis, qui aput barbaros nimis affligebantur, inde effugerent *B.*

qui proximi noscuntur esse paganis, ipsi eos absque ulla miseratione, cum ad se venissent, capiebant et in vinculis ponebant. Quorum alios iterum ad paganos vendebant, alios suo mancipabant servitio aut aliis christianis venundabant. Cum ergo hoc domno innotuisset episcopo, nimium tristis effectus fuerat, quod tantum nefas in sua dioecesi contigisset, sed, qualiter id emendari potuisset, non satis ratione colligebat, quoniam in hoc nefandissimo scelere erant plurimi inretiti, qui[a] potentes apud eos et nobiles habebantur. Denique[b], cum de hac re nimium esset anxius, quadam nocte more solito divina [ei[c]] apparuit consolacio[d]. Videbatur namque illi, quod dominus Iesus esset in praesenti saeculo, sicut quondam fuit, quando suae praesentiae doctrinam et exempla populis praebebat. Visumque est ei, quod isset cum multitudine fidelium, et quod ipse, videlicet domnus episcopus, cum eo in eodem esset itinere letus et adgaudens, quia nulla erat contradictio, ut ipsi videbatur, sed erat in omnibus contumacibus terror divinitus illatus, et ereptio fiebat oppressorum, et quies magna in omnibus, ita ut nihil contradictionis aut contrarietatis in ipso esse[e] videretur itinere. Post[f] hanc itaque visionem[g] ad praedictum populum suam ipse paravit profectionem, ea videlicet voluntate, ut et miseros, qui inrationabiliter servituti addicti erant et venditi, quoquo pacto liberaret, et ne in posterum aliquis tantum malum committere auderet, cum Domini[h] gratia prohiberet. In qua videlicet profectione tantam illi Dominus concessit gratiam, tantumque metu[i] auctoritatis eius contumacibus *terrorem[k] incussit, ut, licet *p. 722. essent nobiles et male potentes, nullus tamen eorum suae consultationi aut imperio ullatenus[l] auderet contradicere. Verum quaerebantur miseri, ubicumque venditi erant, et donati libertate dimittebantur, ut irent quocumque[m] vellent. Insuper, ne ulla fraus in futurum pro eadem re obtenderetur, conventionem talem fecerunt, ut non iuramento nec testibus se ullus eorum, qui in praedicta rapacitate maculati fuerant, defenderet, sed iudicio omnipotentis Dei se committeret, aut ipse qui pro tali scelere impetebatur, aut certe captivus, qui alium impetebat. Hoc ergo facto in ipso itinere Dominus veraciter exhibuit, quod fidelibus pollicitus est, dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque* Matth. 28, 20. *ad consummationem saeculi.* Tanta enim prosperitate et gaudio iter illud perfecit, ut quidam cum eo comitantes dicerent, numquam se in vita sua tam bonum et tam suave

a) quia 1. b) *c.* 97. *Gualdo.* c) *deest* 1. d) con *post add.* 1. e) e. v. *in loco raso* 1; v. e. 3. *B.* f) *novum cap.* (98) *inc.* 2?3. *Gualdo.* g) confirmatus *add.* 2?, *manu s. XVII. suppl.* 3; *deest etiam B.* h) Dei 2. 3. i) metum *B*, *corr.* metu 1. k) *deest B.* l) u. a. *in loco raso* 1; ullatenus *deest B.* m) quodcumque 2.

iter egisse. 'Nunc enim[a] pro certo', inquiunt, 'cognovimus, quia Dominus fuit nobiscum'.

39.[b] Quanti vero oratione illius et unctione[c] olei sacri sanati sint, enumerare non possumus. Hoc enim multorum assertione comperto, certatim ad eum non solum de ipsius dioecesi, sed etiam de longinquo venire solebant aegrotantes, medicinam salutis ab eo poscentes. Ipse tamen haec omnia semper occultari maluit quam vulgari. Nempe cum de huiuscemodi virtutum signis aliquando coram eo fieret sermo, ipse cuidam suo dixit familiari: 'Si dignus essem apud Dominum meum, rogarem, quatinus unum mihi concederet signum, videlicet ut de me gratia sua bonum faceret hominem'.

40.[d] Praeterea cum talis [ei[e]] esset vita, infirmitate tamen proprii corporis pene assidue laborabat. Omnis quippe vita eius fere martyrium fuit. Quippe in laboribus plurimis apud[f] exteros et in laboribus plurimis infra dioecesim propriam propter incursiones et depraedationes barbarorum necnon et contradictiones malignantium, insuper et cruciatione propria, quam sibi ipse in corpore suo pro amore Christi numquam cessavit inducere. Sed quid facimus, qui post tot dulcia et salubria illud cogimur referre, quod sine nostro luctu non valemus explicare? Nam[g] aetatis
864. suae anno sexagesimo[h] quarto, episcopatus vero trigesimo[i] quarto gravi[k] coepit corporis morbo laborare, dissinteria scilicet iugi. Qua[l] cum per multos dies, mensibus videlicet 4 et eo amplius, acriter laboraret, et se ad mortem urgeri sentiret, semper Deo gratias agebat, minoremque ipsum laborem esse dicebat, quam sua mereretur iniquitas, illud
Iob 2, 10. beati Iob saepius decantans: *Si bona suscepimus de manu Domini, quare mala non sustineamus?* Tamen quia se propter supradictas visiones[m. l] martyrio potius quam tali infirmitate credebat consummari, tristis admodum factus, sibimet ipsi et peccatis suis coepit reputare, quod quasi spe certissima sua esset culpa defraudatus[n], illud psalmigraphi saepius
Ps. 118, 137. decantans: *Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum.* Quem[o] videlicet maerorem cum suo fidissimo[p] discipulo, qui ei conscius pene in omnibus[q] fuit, conquaerendo[r] revelaret, et ipse eum consolari intentius studuisset, dicens, quod non ei promissum fuisset, ut gladio trucidaretur aut igne cremaretur aut in aqua necaretur, sed ut cum corona martyrii ad Dominum

a) ergo 3. b) 34. *B*; (99) 2?3. *Gualdo.* c) unxione 2. d) 41. *corr.* 40. 1; *nulla cap. dist. B*; 100. 2?3. *Gualdo.* e) *deest* 1. f) apud — plurimis *des.* 2. 3. g) *novum cap.* (101) *inc.* 2?3. *Gualdo.* h) sexaginta quartum, *corr. manu s. XVII.* 3. i) triginta quartum, *corr. manu s. XVII.* 3. k) c. gr. 3. l) *ita B*; Quam 1. 2. 3. m) visitationes 1. n) fraudatus 2. o) *novum cap.* (102) *inc.* 2?3. *Gualdo.* p) fidelissimo 2. 3; *deest B.* q) o. f. *des.* 3; p. in o. f. *des.* 2. *L.* r) querendo 2. 3.

1) *C.* 3. 25. *in fine.*

venire deberet, nullatenus tamen consolationem recipere po- 864.
tuit. Denique cum saepius de eadem re cum praedicto discipulo suo collocutionem haberet, et ipse eum summopere consolari voluisset, ad memoriam eius revocare studens, quanta in Dei servitio sustinuerit quantamque corporis sui pertulerit molestiam, et quod, etiam si nihil talium passus sit, ipsa infirmitas novissima gravis nimium et diutina satis superque ipsi pro martyrio cum Dei gratia reputari potuisset, ipse tamen nullo modo consolationem recipiens, in supra dicto permanebat maerore. Unde[a] factum est, ut Dominus servum suum non iam ut prius per somnium, sed apertius consolari dignatus sit, *quatinus tanto maerori suae *p. 723.
gratiae praestaret remedium. Nam cum quadam die ad missam in oratorio consistens pro hoc ipso nimium esset sollicitus, subito in excessu mentis raptus, audivit vocem quandam sic vigilans, quae ipsum vehementer increpabat, quod ullatenus de Dei promissione dubitare debuisset, quasi aliqua iniquitas Dei potuisset pietatem vincere. 'Firmissime itaque crede', inquit, 'et nullatenus dubites, quia utrumque tibi Deus sua gratia faciet, id est et peccata tibi dimittet, pro quibus modo sollicitus es, et omnia quae promisit implebit'. Qua consolatione suscepta, ipse quoque consolabatur[b] semet ipsum.

41.[c] Et exinde sollicitius quaeque erant in dioecesi sua procuranda coepit disponere. Insuper et privilegia apostolicae sedis[d], quae erant de legatione ipsius facta, in multis libellis iussit describere et per omnes pene domni Hludowici regis episcopos destinare. Ipsi quoque regi Hludowico filioque eius aequivoco ipsius hoc[e] ipsum dirigens, addens et sui nominis litteras[1], quibus postulavit, ut haec in memoriam haberent, simul etiam, prout res dictaret, adiutorio essent, quatinus legatio ipsa, Dei auxiliante gratia, ipsis adiuvantibus, fructificare et crescere in gentibus potuisset[f]. Porro[g] cum iam per tres continuos menses prae- 865.
dicta laboraret infirmitate, et epiphania Domini transisset, Ian. 6.
optare coepit, quatinus in purificatione sanctae Mariae sibi ad Domini gratiam[h] transire liceret. Qua videlicet festivitate appropinquante praecepit et clero et pauperibus convivium[i] praeparari, ut in ipso sanctissimo die epularentur. Iussit etiam, ut tres fierent cerei magni ex sua speciali cera, quam optimam tunc habuit. Quibus factis, in ipsa vigilia Febr. 1.
praedictae festivitatis fecit eos ante se ferri[k]. Quibus

a) *novum cap.* (103) *inc.* 2?3. *Gualdo.* b) solabatur 2. 3. c) 35. *B*; (104) 2?3. *Gualdo.* d) cedis, *manu s. XVII. corr.* sedis 3. e) h. 1. *in marg. add.* 1. f) posuisset *corr.* potuisset 1. g) *novum cap.* (105) *inc.* 2?3. *Gualdo.* h) gram, *manu s. XVII. corr.* gloriam 3. i) convium 1. k) ferre 3, *corr.* ferri 1.

1) *Lappenberg UB. nr.* 17, *p.* 28.

865. allatis, unum ante altare sanctae Mariae accendere praecepit, alterum vero ante altare sancti Petri, tertium autem ante altare sancti Iohannis baptistae; optans, ut ipsi eum de corpore susciperent egredientem, qui in supra dicta visione olim eius fuerant ductores. Ceterum[a] praedicta infirmitate ita erat fatigatus et attritus, ut pene iam in corpore ipsius nihil remaneret, exceptis ossibus, nervis ligatis et corio tectis. Attameo ipse semper in Domini laude se exercebat. Illu-
Febr. 2. cescente vero iam dictae festivitatis die, missas pro eo, sicuti cotidie soliti fuerant[b], cuncti pene qui affuere sacerdotes celebrarunt. Ipse vero ordinare coepit, qualiter ad populum fieret sermo, asserens nihil se eodem die gustaturum, donec publica finiretur missa. Qua finita, cum parumper comedisset et bibisset, per omnem pene diem studiosius commonere suos[c] et ad Domini servitium accendere studuit, nunc communiter, nunc singillatim quemque, prout poterat, ad divinum animans servitium. Maxime[d] tamen eius cura et sollicitudo de sua fuit legatione ad gentes. Noctem quoque sequentem in talibus admonitionibus pene duxit continuam. Fratres vero qui aderant, cum et laetaniam facerent et psalmos ex more pro eius exitu decantarent, admonuit ipse, ut etiam ymnum[e] ad laudem Dei compositum, id est *Te Deum laudamus,* pariter canerent, fidem quoque catholicam a beato Athanasio compositam. Mane[f]
Febr. 3. vero facto, omnibus fere[g] qui aderant sacerdotibus sacra missarum sollemnia pro eo celebrantibus, dominici corporis et sanguinis communione percepta, elevata manu precabatur, ut, quicumque in eum quoquo modo peccasset, divina ei pietas remitteret. Deinde versiculos istos coepit frequen-
Ps. 24, 4. tius repetere: *Secundum misericordiam tuam memento mei tu*
Luc. 18, 13. *propter bonitatem tuam, Domine;* et: *Deus propitius esto mihi*
23, 46. *peccatori;* et: *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum*[h]. Cumque haec ipse saepius repeteret et frequenti[i] anhelitu iam ea frequentare non valeret, cuidam fratri praecepit, ut haec eadem vice[k] illius frequentando caneret. Sicque, oculis in caelum intentis, Domini gratiae commendatum
p. 724. spiritum exhalavit[l] vitae[*l]. *Cuius corpore ex more curato

*) *Desunt reliqua usque ad finem libri B*; *B* 1 *add.*: Explicit vita sanctissimi patris Ansgarii, primi Nordalbingorum archiepiscopi et omnium septentrionalium et orientalium nacionum legati. Feliciter. Amen. *B* 2 *add.*: Finis vitae s. p. Anscharii — nationum.

a) *novum cap.* (106) *inc.* 2?3. *Gualdo.* b) fuerat *corr.* fuerant 1. c) *post add. ut videtur* 1. d) *novum cap.* (107) *inc.* 2?3. *Gualdo.* e) hympnum 3. f) *c.* 108. *inc.* 2? *Gualdo.* g) vere 1. h) redemisti me [Domine *add. L.*] Deus veritatis *manu s. XVII. add.* 3. *L.* i) frequenter 2. 3. k) voce 1. l) exal. 3; feliciter exhal. *B* 2; vitae *deest B* 1. 2.

1) *Ann. necr. Fuld, SS. XIII, p.* 165. 179, *minus recte* 2. *Non. Febr.* (*Febr.* 4) *indicant.*

feretroque imposito, cum ad ecclesiam deferretur, illud 865.
sancti[a] Martini[1] iterari[b] visum est: luctus videlicet omnium, et vox una plangentium, maxime tamen clericorum, orfanorum, viduarum, pupillorum et indigentium.

42. Quamvis enim de illius salute non sit dubitandum, quis [tamen[c]] religiosorum aut fidelium se iuste[d] a fletu continere poterit, cum ille nos desolatos reliquerit, in quo solo pene omnium antiquorum vigebant exempla sanctorum? Siquidem [ut[e]] ab ipso statim electorum[f] omnium capite incipiamus, Christum ipse inops inopem[g] secutus, cum apostolis omnia dereliquit[h], et cum sancto Iohanne baptista primaevum tempus a turbarum frequentia remotum ducens, monasterii solitudinem expetivit. Ubi cum temporis processu cotidiano profectu excrevisset et de virtute in virtutem ivisset, vas electionis ad portandum Christi nomen coram gentibus cum beato apostolo Paulo[i] deputatus, pascendarum Christi ovium postmodum curam cum principe apostolorum Petro suscepit. In quo regimine qualem se quantumque exhibuerit[k], hoc [vel[e]] maxime probare videtur, quod inter caelum et terram medius, inter Deum et proximum sequester, nunc divinae visioni et caelestibus revelationibus intererat, nunc commissorum sibi actus et vitam disponebat, ad quas activae et contemplativae vitae[l] geminas alas ideo ipse sufficiebat, quia cum mundicordes soli iuxta euangeliorum fidem Deum credantur visuri, ipse virgo ab eo electus, cum sancto apostolo et euangelista Iohanne et mente et corpore virgo in aevum permansit. Et tanta insuper ad cunctos caritate tenebatur, ut cum beato protomartyre Stephano etiam pro[m] inimicis oraret. O vere beatum et omni laudis praeconio dignissimum virum, quem tales[n] ac tantos imitari, quem solum plurimorum tot simul habere virtutes contigit, qui mente sanctus et corpore castus cum virginibus agnum, quocumque[o] ierit, sequetur, qui semper in confessione Christi perseverans, gloriosum admodum inter confessores locum habebit, qui in sublimi illa cum apostolis iudicum sede in regeneratione sessurus[p], mundum est[q], quem contempserat, iudicaturus et cum martyribus iustitiae coronam et palmam martyrii sibi[r] divinitus repromissam percepturus[s]! Nam[t]

a) s. M. *des.* 2. 3. b) interari 2. 3 (*in marg. corr. manu s. XVII.* iterari). c) *in marg. suppl.* 1; *deest* 3. d) iusti 2. 3. e) *deest* 1. f) electorem *corr.* electorum 1. g) est *manu s. XVII. supersc.* 3. h) derelinquit 2. 3. i) *in marg. suppl.* 1. k) exib. 2. l) *deest* 3. m) pro in. *des.* 2. 3 (*ubi manu s. XVII. post* oraret *add.* pro suis peccatoribus [persecutoribus *L.*]). n) talem ac tantum 2. 3. o) quodc. 2. p) est ac *manu s. XVII. hic add.* 3, *et ita L.* q) *erasum* 3; *deest L.* r) s. d. repr. *des.* 2. 3. s) adepturus 2. 3. t) Nam cum *des.* 2. 3.

1) Omnium vitam sanctorum imitari studuit, specialius tamen beati Martini *c.* 35. *Cf. Sulpitii Severi epist.* 3. *ad Bassulam.*

cum duo[a] martyrii esse genera constet[1], unum in pace ecclesiae occultum, alterum persecutionis articulo ingruente manifestum, utrumque voluntate tenuit, ad alterum effectu pervenit. Quia enim cotidie se per[b] lacrimas, vigilias, ieiunia, carnis macerationem et desideriorum carnalium mortificationem in ara cordis Deo mactabat, martyrium profecto, quod pacis tempore [non[c]] potuit[d], consecutus est. Quia vero ad apertum[e] corporis martyrium persecutor[f] sibi, non animus, defuit, quod opere minus potuit, voluntate indeptus[g] est. Quamvis hoc quoque martyrium opere eum habuisse omnino negare nequeamus, si tantos eius pro Domino labores iuxta apostolum attendamus. In itineribus saepe periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus; in labore et erumna[h], in vigiliis multis, in fame et siti, in ieiuniis multis, in frigore et nuditate. Praeter illa quae extrinsecus sunt[i] instantia eius cotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmabatur, et ipse non est infirmatus[k]? Quis scandalizabatur, et ipse non urebatur? Qui ergo tot ac tantis est pro Domino et corporis adversitatibus et animi aestibus excoctus, quomodo martyr esse iure negabitur? Nam si sola vita per passionem terminata martyrio deputaretur, nequaquam sanctum[l] euangelistam Iohannem calicem suum Dominus bibiturum esse testaretur, quem minime vitam martyrio finisse scimus. Proinde si
*p. 725. illum iuxta dominicam *sententiam inter martyrum numerum ascribendum[m] esse non dubitamus, de eo quoque, quem praemisimus, sancto plane et beato admodum viro, omnino ambigere non debemus. Martyr enim fuit, quia iuxta aposto-
Gal. 6, 14. lum et ipsi mundus et ille mundo crucifixus erat. Martyr fuit, quia inter diaboli temptamenta, inter carnis illecebras, inter persequentes paganos, inter obsistentes christianos semper imperterritus, semper immobilis, semper invictus in Christi confessione usque ad exitum vitae permansit. Martyr fuit, quia, dum martyr testis dicatur, ipse divini semper verbi et christifici nominis extitit testis. Qua in re nemo miretur, eum ad hoc quod summo ipse desiderio optabat et sibi repromissum putabat martyrium non pertinxisse[n], quia nec hoc sibi pollicitum iuxta huius nominis interpretationem probatur. Et certe poterat in aperto cor-

a) Mart. duo gen. e. constant 2. 3. b) cotidie semper 2. 3. c) *deest* 1. d) voto *manu s. XVII. add.* 3, *et ita L.* e) ad adapertum 2. f) persecutoris s. an. non defuit 2. 3 (*ubi* glad *manu s. XVII. supersc. post* persecut.; pers. gladii *L.*). g) acceptus 2; adeptus 3. h) herum(p)na 2. 3. i) erant 2. 3. k) non fuit (fui, *manu s. XVII. corr.* fuit 3) infirmus 2. 3. l) et *add.* 2. m) adscr. 2. 3. n) pervenisse 2. 3.

1) *Gregorii M. Expos. in 7 psalm. poenit., ps.* 5, *Migne LXXIX, p.* 622.

poris martyrio aliqua forte suae menti elatio subrepere[a]. Quod ut caveretur, hoc divina providentia et spopondit et concessit, unde et meritis suis nihil minueretur et humilitati, quae omnium est custos virtutum, provideretur. Quocirca, quia iam ex his quae superius[b] commemoravimus claret[c], quantae vir iste sanctitatis, quanti apud Deum meriti fuerit, restat, ut, sicut ipse Christi imitator in omnibus fuit, sic nos quoque eius imitatores esse studeamus. Sic quippe fieri quibit, ut et ipse semper usque ad consummationem saeculi nobiscum vivere possit in terris, et nos post praesentis vitae transcursum cum eo in caelis vivere mereamur. Vivet namque ipse[d] nobiscum in terris, si eum vitae sanctitas et doctrinae recordatio nobis repraesentat. Vivemus nos cum ipso in caelis, si eius exempla sequentes, ad eum semper toto desiderio et tota virtute tendamus, ad quem ille[e] nos praecessit, Iesum Christum dominum nostrum, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

a) subripere 2. b) supperius 2. c) cl *e corr. post. manus* 3. d) *deest* 3. e) nos ille 2. 3.

VITA RIMBERTI.

Vitae Anskarii addere placet Vitam Rimberti, qui illam conscripsit et secundus Hammaburgensem iam cum Bremensi coniunctam sedem tenuit. Pauca quae b. m. G. H. Pertz (SS. II, p. 764) praefatus est haec sunt:

'Opus hoc superstite Adalgario, Rimberti successore[1]*, sed certe*[2] *non ab ipso, sed ab alio quodam, aut ecclesiae Bremensis clerico, aut monacho Corbeiensi*[3] *compositum est, quem inter discipulos amicosve Rimberti fuisse credimus, licet morienti archiepiscopo non adfuerit. Noverat Vitam Anskarii, eamque haud ita prospero successu imitatus est; siquidem scitu digniora in vita Rimberti, e. g. quae in legatione sua peregerat, omisit, et nonnulla alias nota vel inutilia referre satis habuit. Editionis nostrae subsidia fuerunt:*

1) *Codex Vicelini supra* (p. 8) *memoratus, cuius lectiones plerumque secutus sum*[4].

2) *Editio Philippi Caesaris in Triapostolatu septentrionis* p. 127—168. *Coloniae a.* 1642 *in* 8vo. *Instituta est ope codicis eiusdem Hamburgensis, qui Vitas SS. Willehadi et Anskarii continebat, atque cum codice Vicelini in omnibus fere ita conspirat, ut ex communi cum eo fonte fluxisse censendus sit*[5].

3) *Editio in Actis SS. Februarii T. I. p.* 554—566, *ope codicum duorum* (3a. 3b) *Carthusianorum Coloniensium, et tertii* (3c) *Bodeccensis instituta; cui atque Coloniensi*

Editio Mabillonii in Actis SS. O. S. B. saec. IV, p. 2, *p.* 471—485. *innititur.*

Surii editio ad d. 4. *Februarii ob stilum mutatum nullius utilitatis fuit.*

1) *Cap.* 12; *cf. cap.* 15, *ubi de epistola superstiti adhuc moniali Heresensi scripta loquitur.* 2) *Cap.* 12. 21. 3) *Ex Adamo Bremensi lib. I, c.* 32. 4) *Etiam scribendi rationem, quamvis a saeculi IX. usu paullo recedentem, plerumque retinui. Scripsi tamen* ae *et* oe *pro* e, *quod ille plerumque, non tamen constanter, exhibet. Praeterea saepe* c *pro* t *ponit. W.* 5) *Multis locis principalem codicis lectionem, post emendatam exhibet* 2. *Certe etiam artius quam in Vita Anskarii inter se coniuncti sunt hi codices. W.*

Quae Adamus Bremensis libro I (cap. 37—46) ex nostro decerpsit, maiorem partem contracta sunt vel pro operis eius consilio immutata; sed refutando Henschenio inservire possunt, qui, Rimbertum per baculum pontificalem a Hludowico rege investitum esse, aegre ferens, ea capitis 11. *verba postea intrusa esse, nulla ratione probabili subnixus, censuit.*[1]

Quibus hoc unum addere velim, iam non satis de genuina libri forma constare, cum solus qui superest codex Vicelini, (nunc iterum collatus) non eius sit auctoritatis, ut fidem certam ei habeamus, alii vero ab editoribus adhibiti cuius aetatis fuerint, plane ignoremus. Certe quae c. 1. *de populis septentrionalibus ecclesiae Hammaburgensi subiciendis in omnibus narrantur, post interpolata esse, nunc satis constat*[1]. *Locos vero ex Hieronymi, Augustini, Gregorii libris ad narrationem satis ieiunam ornandam sumtos ipsi auctori recte tribuas.*

*Scripturi[a] vitam[b] cum omni semper veneratione memo- *SS. II, p. 765.
randi Rimberti[c] pontificis[d], quae offitii eius primitus occasio fuerit, aut quem ad hoc institutorem vel conversationis profectum habuerit, seu qualiter ad hoc electus deinceps vixerit, in quantum haec comperimus, fideliter enarramus.

1. Cum imperator Hludowicus regni Francorum monarchiam[e] teneret, auctori sublimationis suae Deo talem devote vicem redhibere[f] curavit, ut ecclesiae Dei in regno eius constitutae decenti vigore proficerent[g], servorum quoque et ancillarum Dei status cum honoris incremento latius excresceret. His eius assiduis meditationibus ex divina inspiratione subintravit etiam memoria, qualiter serenissimus pater suus Karolus cognomento Magnus gentem Saxonum eotenus infidelem ad fidem Christi converterit, [et[h]] usque adhuc ordinatis per ipsam provinciam sufficienti numero episcopis, et sedibus eorum provide distributis, extremam ad plagam aquilonalem[i] eiusdem provinciae partem ad hoc reservaverit, ut ibidem archiepiscopalis construeretur[k] sedes, unde praedicatio verbi Dei finitimis fieret populis, Sueonum, Danorum, Norweorum[l], Farriae, Gronlandan, Islandan, Scridivindan, Slavorum necnon omnium septentrionalium et

a *capitum indicem praemittit* 2. b) vitam et 1. c) Rembert. *semper* 3. d) et *add.* 2. e) monachiam *corr.* monarchiam 1. f) reddere 2. 3. g) perficerentur 3 a. h) *post add.* 1; *deest* 2. 3. i) aquilonalem *corr.* aquilonarem 1. k) constitueretur 2. 3. l) Norueorum 2.

1) *Koppmann, 'Die ältesten Urkunden' p.* 62; *Dehio II, 2, p.* 39. *Quae Pertz ad ea tutanda attulit diplomatibus spuriis nituntur.*

orientalium nacionum quocumque modo nominatarum, qui paganicis adhuc erroribus involvuntur.

2. Sed ad hoc opus constructa est tantum et dedicata Hamaburgensis[a] ecclesia in confinio Danorum et Slavorum, in extremis videlicet partibus Saxonum inter eos qui dicuntur Nordalbingi; et una cum incolis locorum eadem ecclesia iussu eiusdem gloriosi imperatoris Caroli ad gubernandum est presbiteris commissa, donec oportuno tempore, deputatis prius ad locum episcopalibus sufficientiis, archiepiscopum ibidem[b] faceret consecrari. Ipso autem ante huius effectum voti ex hac vita sublato, piissimus filius eius iam dictus Hluthuwicus[c] cum fidelibus suis hanc eius intencionem retractans, Ansgarium, summae sanctitatis virum, ut pater decreverat, privilegii archiepiscopalis et ordine et nomine sublimari et iam dictae novellae ecclesiae rudibusque adhuc in fide populis rectorem ac gentibus, ut dictum est, necdum fidelibus erogatorem verbi divini fecerat ordinari. Cuius a pueritia in Dei timore conversationem vel cum aetatis processu virtutum incrementa, aut quantis inditiis divinitus praemonstratum sit pontificatus et praedicationis
*p. 766. eius offitium, et quomodo per sedis *apostolicae privilegia eius sit omnis causa munita, studiumque eius et profectum in lucrandis Deo animabus, quas vel in fide roborare vel de paganismo[d] ad christianitatem perducere[e] cotidie satagebat, quisquis scire cupit, legat libellum vitae eius et, quantae sanctitatis vir ipse fuerit, perpendet. Nos nunc de eius sanctitatis imitatore, simul et dignitatis successore Rimberto scripturi, qualiter primo ei cognitus sit et consequenter ascitus, hinc iam persequi incipiemus.

3. Cum iam dictae noviter institutae Hammaburgensis ecclesiae termini essent angusti, et ad tantum offitium, quod episcopo eius iniunctum diximus, sumptus ex illius pertinentiis collecti[f] non sufficerent, ipsosque etiam qui provenire possent reditus frequens hostilis irruptio diriperet; ne per hoc vir Dei inpediretur a praedicationis offitio, quod in gestis eius legatio ad gentes vocari solet, memoratus imperator Hluthuwicus quandam in Gallia cellam[g] Thurholt[h] vocatam eidem legationi tradidit perpetuo serviturum. Quodam autem tempore domnus pontifex ibidem degens, aspexit quosdam pueros ad ecclesiam[i] cum ioco et inanibus festinare discursibus. Quorum quidam inter ceteros pene minimus graviter incedens et pueriles levitates sollicite devitans, orationem cum reverentia et timore peregit, surgensque signo crucis frontem munivit et, quasi maturioris esset aetatis,

a) Hammaburg. 2; Hammenburg. 3 *semper*. b) f. i. 2. c) Hludow. 2 *constanter*. d) o *e corr.* 1. e) prod. 2, *corr.* perd. 1. f) electi 1. g) *ante* in G. *postea add.* 1, *ubi* lli*a e corr.* h) Turholt 2. i) ecclesiasticum habitum 3°.

suam per omnia continentiam exhibuit. Animadvertit ergo vir Dei, sacram religiosi[a] pueri infantiam divinae iam servitutis amore flagrasse, accitisque ad[b] se parentibus eius, et nomen pueri, quod Rimbertus vocaretur, edidicit, et consensu eorum accepto, tonsuram ei et ecclesiasticum habitum imposuit. Sicque eum ibidem paterna sollicitudine commendans, studiose erudiri praecepit. Paucisque diebus [ibi[c]] transactis, inde discessit et suscepti pastoralis offitii suaeque ad gentes legationis instanter operam egit.

4. Post haec puer iam Deo dilectus magis magisque in gravitate proficiens, et discendis liberalibus disciplinis ardenter instabat, et inter haec orationibus ceterisque bonarum rerum occupationibus assuetus, in paucis annis omni maturitate et scientiae et[d] virtutum perfectus enituit. Et iam tunc iuxta psalmistam concaluit cor eius intra ipsum, Ps. 38, 4. et in meditatione eius exarsit ignis, invenire cupientis[e], quid ei in hac vita consistenti exequi maxime prodesset. Cui talia meditanti occurrit iuxta quendam sapientem[1], primam philosophiae definitionem meditationem esse mortis, idque toto pectore hausit[f], ut omni vitae suae tempore hanc summam sapientiae consequi niteretur[g]; quatinus tempore mortis suae de neglectu praemeditationis eius non contristari, set potius per observationem scripturae monentis ac dicentis: *In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in* Eccli. 7, 40. *aeternum non peccabis,* quantum humanae conditioni possibile esset[h], de peccatorum vel[i] cautela vel remissione securus laetificari mereretur.

5. Venerandus igitur praesul, qui eum divino mancipavit servitio, sicut in gestis vitae eius legitur, quaeque[k] illi ventura vel ab ipso gerenda erant, pene omnia vel per somnium vel per intimam revelationem in mente praenoscere et praeordinare solebat. Quae autem ipsa fuerit intima in mente revelatio, scriptores vitae eius tale quid esse arbitrantur[2], quale in Actibus apostolorum saepius replicatur: *Dixit autem Spiritus* illi vel illi discipulo. Unde non est diffidendum, quod vir Dei non ex eventu, set divinae admonitionis attactu, quem occultiori sensu utpote vir spiritalis in anima percipere solebat, hunc felicem de quo loquimur puerum cum tantae paternitatis affectu divinis asciverit ministeriis; quin potius in tenore conversationis et modo, quo semper deinceps aput illum tractatus et habitus est, veri simile videtur, quod evidenter a Deo illi sit reve-

a) reliosi *post corr.* religiosi 1. b) de *post corr.* ad 1. c) *deest* 1. d) *deest* 1, *ubi post corr.* scientia. e) cupiens 2. f) intraxit 3a. g) mereretur 2. h) vel *h. l. post add.* 1. i) *h. l. deest* 1. k) quae 2.

1) *Plato.* CAES. 2) *Cap.* 36.

latum, quia successor illi in episcopatu futurus fuisset. Nam cum primo in discendis artibus et disciplinis scolaribus districtio magistrorum ei remitteretur, quod usitata locutione egressum de scola dicimus, mox eum domnus episcopus indivisibilem suae legationis comitem esse constituit. Venientemque de praefato in quo eum nutriendum commendavit monasteriolo cum gaudio suscepit, consciumque suorum in omnibus permiserat esse gestorum, quibus ipse Deo cum omni pietate sive occulte sive manifeste famulabatur.

6. Denique cum quadam die iuxta morem simul assisterent ad orationem, iamque supplicatione finita egredi de
*p. 767. ecclesia pararent, quasi secrecioris gratiae munus *in discipulo pontifex agnoscens, eum his verbis alloquitur: 'Oportet te', inquid, 'o fili Rimberte, semper illi gratias agere, qui de turbidis seculi fluctibus ad portum quietis te vocavit; ad quem quia video te indubitanter animum applicasse, fateor, amoris tui me affectu flagrare, eandemque dilectionem finetenus ex mea parte circa te durare, non dubites'. Cui ille respondens: 'Indignus sum', inquid, 'domine, tanta gratia tua. Quia tamen hanc in me ostendis clementiam, meritis [tuis[a]] aput Deum mihi obtineri deposco, ut in futura vita praemiorum tuorum consortium adipiscar'. Tunc sanctus episcopus, cuius mentem gratia Dei saepius illustrari diximus, ad praenoscenda quae illi futura essent, his verbis dignissimi Rimberti nullum quidem ad praesens dedit responsum; tertia vero die transacta, ipso iam sollicitudine cogitationum fatigato, quare scilicet ad hanc peticionem suam reticuerit episcopus, talem ei reddidit consolationem: 'Iam', inquid, 'obtinui a Domino, ut in futuro seculo, sicut petisti, ab invicem non separemur; ubi ita beatitudinis aeternae participes erimus, si[b] neque nostra nos virtute ad hanc pertingere posse praesumamus, quod est reatus superbiae, per quam ceciderunt qui operantur iniquitatem; nec rursus[c] desidia
Ps. 59, 14. torpentes obliviscamur quod dicitur: *In Deo faciemus virtutem;* set cotidie[d] studeamus, ut bonum opus, sicut admonet beatus Gregorius[2], habeatur nobis in voluntate; ac sic consequenter confidamus, quia iuxta eundem doctorem ex adiutorio divino erit in perfectione'. Si quem autem movet, hanc trium dierum dilationem ad hoc responsum fecisse episcopum, meminerit nos praedixisse, mentem eius a gratia Dei ad praenoscenda futura saepius illuminari, de quo tamen his ipsis quae subiecta sunt verbis in vita eius[1] ita scriptum habetur: *Ad omnia ergo quae forte praecipua definire debebat spatium cogitandi habere volebat*[e], *nec quic-*

a) *deest* 1. b) er. ne nostra 2. c) rursum 2. d) codie *post corr.* cotidie 1. e) voluit 2.

1) *Cap.* 36. 2) *Hom.* 21. *in Euang.*

quam temere disponebat, antequam gratia Dei illustratus ipse in mente sua sentiret, quid melius esset; sicque superna visitatione certificatus[a] *in mente, sine cunctatione quae agenda erant disponebat.* Haec de vita eius ideo[b] nos inseruisse lector intellegat, ut ex hoc testimonio comprobaretur, nichil eum ad peticionem huius sanctissimi discipuli sui Rimberti respondisse, nisi quod in hoc tridui spatio menti eius Spiritus sanctus infudit, iuxta sententiam, quam etiam superius de Actibus apostolorum protulimus.

7. Accedit etiam ad praesagium virtutum beati viri[c] visio quaedam de ipso revelata procuratori antistitis[d] prima mox nocte[e] adventus eius Hammaburg[f], cum ipse adhuc in prima aetate adolescentiae fuisset. Videbatur enim eidem procuratori conspexisse se, ipsum Rimbertum sedisse in fastigio oratorii, signumque[g] ecclesiae unum, quod nos cloccam[h] vocamus, in caelo apparuisse, a quo ligamen lineum, ut assolet, in modum funis demissum usque ad ipsum dependeret Rimbertum; per quod ipse idem signum hilariter traxisse et sono eius dulciter delectatus esse videbatur. Cui somnio[i] congruam ex divinis scripturis interpretationem reperimus. Praecipitur Moysi a Domino, ut inter alia vestis sacerdotalis mistica indumenta haec etiam fiant: *Deorsum,* Exod. 28, 33. inquid, *ad pedes eiusdem tunicae per circuitum quasi mala punica facies ex iacincto et purpura et cocco bis tincto, et,* ut in sequentibus invenitur, *ex bisso retorta, mixtis in medio tintinnabulis.* Quare autem hic tintinnabula adiungi praecepta sint, inferius ostenditur: *Ut audiatur,* inquid, *so-* ib. 35. *nitus, quando ingreditur pontifex sanctuarium in conspectu Domini, et non moriatur.* Sacerdos namque ingrediens vel egrediens moritur, si de eo sonitus non audiatur; quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine praedicationis sonitu incedit. Quia igitur futurum erat, ut[k] in summo ecclesiae gradu conscenso vir Domini ornamentis spiritalibus eniteret, ut etiam praedicationis offitium insigniter egisse probaretur, recte in fastigio templi, quod significat apicem pontificalem, cum doctrinae suavissimo et caelitus attracto sonitu ad convocandam servitio divino sacram Christi plebem sedisse videbatur. Hoc enim in huius ostensione visionis personans attractu eius signum caeleste significare potest, quod in veste pontificis tintinnabula monstrare probantur. Qualiter etiam cetera, quae de Scriptura Sacra proposuimus, sacerdotalis habitus ornamenta spiritaliter in sese semper exhibuerit, ad profectum simul et imitationem legentibus exponere iudicavimus. Malis utique[l] punicis utebatur, in qui-

a) certisf. 1. b) idoneus ins. 2; idonee nos 3. c) *deest* 1. d) *corr.* antistiti 1. e) *deest* 1. f) Hammaburgum 2. g) signum *post. corr.* et signum 1. h) cloacam *corr.* cloccam 1. i) somno 1. k) *post add.* 1; *deest* 2. l) uti *e corr.* 1.

bus multa interius grana uno foris cortice teguntur; quia ipse semper multifariam virtutum operationem uno caritatis
*p. 768. munimine *undiqueversum tectam gestabat. Haec autem mala punica ex purpura et[a] iacincto et cocco bis tincto et bysso retorta erant, quae cuncta illi aptissime conveniunt. Omni enim desiderio semper quaerebat caelestia, quae per iacinctum significantur; pro Christi nomine usque ad martirium paratus, quod intellegitur in purpura; amore Dei et proximi flagrans, quod per coccum bis tinctum exprimitur. Et sicut bissus[b] de terra eruta longo exercitio siccandi, tundendi, purgandi, coquendi et nendi gramineum solet perdere et candidum in se recipere colorem, ita ipse cum magno continentiae labore, quasi nativum exudans humorem, ad[c] decorem dignae Deo puritatis sollerti ieiuniorum et vigiliarum, orationum[d] et lectionis, pacientiae et humilitatis instantia pervenit. Quibus omnibus tintinnabula habuit permixta; quia raro aliud ab illo quam praedictarum virtutum suavissimus sonitus audiebatur, qui rursum operum eius sublimitate audientium mentibus commendabatur, sicut et sequens de illo huius opusculi textus manifestius ostendet.

8. Cum adhuc esset in obsequio decessoris sui domni Ansgarii, apparuit ei presbiter Arnulfus iam diu defunctus et percontanti de eius causa in alterius seculi vita dolenter respondit: 'Ego', inquiens, 'dum adhuc in carne essem, neglegenter de animae meae agebam salute, gravitatem personae meae competentem non servans, ocio saepius[e] vacans et aliquando etiam in indicto ieiunio carnem manducans aliaque similiter interdicta in esca et potu frequenter usurpans. Pro talibus commissis indignus fui hactenus ad praesentiam Dei venire. Set si tua', ait, 'fraternitas pane et sale et aqua contenta, a ceteris victualibus abstinentiam quadraginta diebus pro me facere vellet, crederem, me per Dei misericordiam ab huius repulsionis meae sententia seu poena liberari'. Cui cum ipse, ut ei videbatur, ita se facturum esse polliceretur, expergefactus ex[f] somno, mox ut episcopum alloqui potuit, visionem ei omnem exposuit. Acceptoque ab eo consilio, toto 40 dierum spatio nullo alio cibo vel potu est usus nisi pane tantum et aqua. Eodem tempore tanto dentium dolore vexabatur, ut ipsis sibi panem ad reficiendum commoli[g] sustinere non posset. Quam ob rem ipsum panem comminutatim terendo seu manibus confricando in ipsam aquam commiscebat et ad levamen dentium quodammodo instar pultis emolliebat. In quo

a) ex 1. b) abissus 1; byssus 2. c) et 2, *corr.* ad 1. d) et or. 2. e) et *eras.* 1. f) de 2. g) comedi 3[c].

etiam ad augmentum abstinentiae ea quae in simplici decoctione panis esse possent plurimum defecerunt, et vis scilicet alimenti et suavitas ac delectatio saporis. Expletis autem diebus istius abstinentiae, ipse presbiter pro quo haec agebantur per visum apparuit cuidam feminae, quae multis diebus paralitica iacebat, nomine Helahwih[a]. Cui longa quidem infirmitas menbra gravavit; set tamen, ut de quodam[1] beatus Gregorius dicit, ipsa infirmitas eadem menbra a bono opere non ligavit. Cotidie enim se ad ecclesiam deportari faciens, verbum vitae ibidem delectabatur audire himnisque et laudibus prout potuit die noctuque vacare. Huic, ut dictum est, per visum apparens presbiter memoratus, famulo Dei Rimberto gratias referri petivit de parsimonia pro eius salvatione exacta, quam et in tantum sibi profecisse mandavit, ut abnegatum sibi prius ad conspectum Dei accessum et aulae caelestis introitum per hanc condonatum constaret. 'Ipse vero Rimbertus inter eos', inquid, 'asscribetur, de quibus dicitur: *Fulgebunt iusti et tamquam scintillae in arundineto discurrent;* et de quibus psalmista ait: *Ibunt de virtute in virtutem.* Istiusmodi visionibus vir Dei nil umquam animo extolli solebat; set per humilitatis tutissimam semper viam incedens, ita quodammodo cotidie virtutum gradus ascendit, ut saepe dictum semper attendere videretur beatum Gregorium dicentem[2]: *Unusquisque vestrum, fratres, magnus esse studeat, set tamen magnum se esse quodammodo nesciat; ne, dum sibi magnitudinem arroganter tribuit, amittat.* Sap. 3, 7. Ps. 83, 8.

9. Quamdiu ergo fuit in corpore vir Domini Ansgarius, iste servus Dei Rimbertus prae cunctis[b] familiarius illi in omnibus adesse solebat, quod[c] is, de quo aliquotiens nobis in hoc opusculo mentio incidit, libellus[d] gestorum praefati pontificis ab ipso Rimberto alioque condiscipulo eius editus testatur. In quo videlicet libro ubicumque commemoratio fit cuiusdam fidissimi[e] discipuli eius, quod frequenter ibi lector inveniet, ipsum sciat fuisse Rimbertum; set quia, ut diximus, ipse cum alio[f] quodam editor eorundem extitit gestorum, idcirco veritatem rei, suppresso nomine *suo, exprimere voluit, ne de se familiariorem gratiam iactanter proferre videretur. Sic enim et beatus euangelista Iohannes in euangelio suo fecit, ubi suam [semper[g]] personam maluit indiciis[h] rerum accidentium quam proprio designare vocabulo. Quatenus autem in hoc devotionis loco cum episcopo *p. 769.

a) Nelahwih 3b. b) cuntis *post corr.* cunctis 1. c) q. i. *des.* 2. 3. d) et l. 2; ut l. 3. e) fidelissimi 3a. f) ali *post corr.* alio 1. g) *deest* 1. h) inditus *corr.* indiciis 1.

1) *Scilicet Servulo, in homilia* 15. *in Euang. et Dial. IV, c.* 14. MAB.
2) *Hom.* 7. *in Euang.*

familiariter sanctus vir Rimbertus perseveraverit, ex verbis praefati libelli cognoscitur, quibus de transitu domni episcopi ita commemoratur[1]: *Percepta*[a] *igitur*, inquid, *dominici corporis et sanguinis communione, sanctus pontifex Dominum deprecabatur, ut, quicumque in eum quoquo modo peccasset, divina hoc ei pietas remitteret. Deinde versiculos istos coepit frequentius repetere: 'Secundum misericordiam tuam memento mei tu propter bonitatem tuam, Domine', et: 'Deus esto*[b] *propitius mihi peccatori', et: 'In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum'. Cumque haec saepius repeteret et*[c] *frequenti anhelitu iam ea frequentare non posset, cuidam fratri praecepit, ut haec vice illius frequentando caneret. Sicque oculis in caelum intentis Domini gratiae commendatum spiritum exalavit.* Hic ergo, quem vice sua verba orationis pro se frequentare praecepit, Rimbertus fuit; cui in loquelae suae defectu voti sui verba commendans episcopus, per eum se compensare credidit, quicquid ipse minus orationum iam moriens peragere posset; quoniam et propter vitae eius meritum pro se illum exaudiri non dubitavit, et quod[d] ille fecit non discrevit ab eo quod a se ipso factum fuisset, quia cor unum et anima una, unus spiritus et una fides erat semper in eis.

10. Denique cum in infirmitate ipsa, qua de hac vita migravit, consilium quaereretur ab eodem domno Ansgario de successore eius eligendo, et quidam etiam, de Rimberto quid ei videretur, inquirerent, respondisse fertur, quod hoc sui non fuerit ministerii decernere, quia forsitan ipse in episcopatu multorum animos offensos haberet, quod emendare magis debuisset, quam per hoc motum ipsum animorum augere, quod ipse talem ad successionem personam denominaret, quae fortassis incommoditate sua gravaret subiectos, et amarae fierent propter hoc contra ipsum querimoniae. 'De meritis tamen', inquit, 'Rimberti sciatur, quia dignior est[e] ipse archiepiscopali quam ego subdiaconatus offitio'. Haec de se magnae humilitatis intentione sanctus prosecutus est episcopus, tamquam verus observator eius, quam et ipse olim in profectione[f] habuit monachorum regulae dicentis: *Septimus*, inquid, *humilitatis gradus est, si non solum omnibus se inferiorem sua lingua pronunciet monachus, verum etiam intimo cordis credat affectu, humi-*
Ps. 21, 7. *lians se et dicens cum propheta: 'Ego autem sum vermis et non homo'.* Solent enim sancti viri, cum fortia agunt, de semet ipsis vilia sentire, iuxta quod de semet ipso David

a) recepta *corr.* Percepta 1. — igitur *deest* 2. b) p. e. 2. c) et fr. *eadem manu post add.* 1. d) quod *eadem manu post add.* 1. e) *in loco raso* 1; *deest* 2. f) perfectione 3.

1) *Cap.* 41.

coram arca Domini saltando regni sui potentiam despiciens dixit: *Ludam et vilior fiam plus quam factus sum, et ero humilis in oculis meis.* 1. Reg. 6, 22. De quo et apostolus ammonet, dicens: *Implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem karitatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, set in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes.* Phil. 2, 2. Quorum prius, hoc est prophetae testimonium, beatus vir Ansgarius ita in se custodire solebat, ut de semet ipso intus humilia sentiens, honorem exterius non requireret, quasi dicens: *Ludam et vilior fiam;* nec rursum per hoc quod vilem se exterius praebuit, interius intumesceret, implendo potius quod sequitur: *et ero humilis in oculis meis,* id est qualem me exterius despiciens exhibeo, talem me interius attendo. Qua despectus sui intentione implevit etiam quod de apostolo proposuimus, ut omni contentione et inani gloria carens, per humilitatem sibi alios superiores arbitraretur; unde, ut[a] superius descriptum[b], pocioris quam ipse esset meriti, beato viro Rimberto tantopere dedit testimonium. . Set quanquam ipse humilitatis causa de sese talia dixerit, nostrum tamen non est, quemlibet[c] eorum alteri praeponere, set aequales fuisse meritis credere, quos et unius fidei devotio et eiusdem offitii licet diversis temporibus administratio commendet aequaliter.

11. Quamquam igitur, sicut nunc diximus, sanctus pontifex non libenter aliis, pro offensa eorum vitanda, de successuro[d] sibi aliquid referre voluisset, ne suum tamen pene in omnibus conscium hac gratia in fine defraudaret, triduo 865.
ante obitus sui diem aperuit secretum suum viro Dei Rimberto, quod post se deberet ad pontificatus apicem promoveri. Tum ille reniti coepit, ad tantum ministerium nec viribus nec *meritis se idoneum esse proclamans. Cui sanctus *p. 770.
episcopus Dei dispositionem esse commemorans quod ipsi praedixit, competentes admonitiones adiunxit, quod suam voluntatem ad divinae dispositionis iuditium inflectere deberet, iuxta illud beati Thomae Domino dicentis: *Dominus meus es tu, et ego servus tuus, fiat voluntas tua.* Ad haec glorioso Rimberto reniti vel contraire constantia defecit, quoniam[e] episcopum divinitus haec accepisse sciebat. Nec ulla ambiguitas fuit clero vel populo inter plures de electione; set ipso mox die deposicionis domni Ansgarii Rimbertum omnes concorditer elegerunt. Cum cuius concordiae pacto ad gloriosum tunc temporis regem Hludewicum adduxerunt eum viri venerabiles Thiadricus Mindensis ecclesiae episcopus et Adalgarius abbas monasterii Novae

a) et 1. 2. b) est scriptum 3. c) quamlibet 1. d) *corr.* successore 1. e) q$\overline{\text{uo}}$ 1; quando 2. 3.

Corbeiae. Susceptusque ab[a] eo honorifice, cum pontificalis baculi iuxta morem commendatione episcopatus est sortitus dominium. In cartis autem apostolicorum Romanae sedis pontificum, a quibus privilegium archiepiscopale sanccitur[b] sedi quam tunc ipse suscepit, etiam hoc continetur[1], ut, quia propter novellam eiusdem sedis institucionem et necdum conversos ad fidem populos suffraganei non habentur episcopi, a quibus decedente[c] uno alter archiepiscopus consecretur[d], palatinae interim providentiae succedentium per tempora pontificum consecratio sit commissa, donec numerus suffraganeorum episcoporum canonice eum consecrare debentium ex gentibus suppleatur. Cum huius ergo ad ordinandum eum tenoris insinuacione venerabilem Rimbertum gloriosus rex direxit ad Liudbertum Mogonciensem[e] archiepiscopum[f], a quo iussu eius ita est consecratus, ut provide actum sit, quatinus in adiutorium consecrationis non unius metropolis, set duarum convenirent suffraganei, Liudhardus[g] videlicet Padarbrunnensis[h] episcopus, pertinens ad Mogontiam[i], et praefatus Theodericus[k], suffraganeus archiepiscopi Coloniensis. Quos ita permixtim adesse idcirco placuit, ut tam huius consecrationis actio quam etiam domni Ansgarii primitus[l] ad sedem ipsam simili modo facta ordinatio in signum essent futuris temporibus, quod ad nullam nominatim condiocesitatem[m] quorumcumque episcoporum pertineat, ad hanc sedem consecrare episcopum, set tantum, ut diximus, palatinae hoc commissum sit providentiae[n], donec consecrantium numerus ex gentibus suppleatur.

12. Habuit autem hic sanctissimus vir olim hoc votum de se factum, ut post discessum domni Ansgarii monachicum mox et propositum acciperet et habitum. Unde cum consilio consecrantium se pontificum mox post ordinationem ad monasterium Novae Corbeiae properans, vestem quidem illius promissionis[o] ex integro suscepit, conversationis autem illius promissionem[p] ita fecit, ut conversationem suam et stabilitatem morum suorum et oboedientiam secundum regulam sancti Benedicti[2] exhiberet, in quantum labor et occupatio suscepti pontificatus permitterent. Et ut in huius promissionis effectu veratius assuesceret, aliquem de fratribus eiusdem monasterii sibi praestari rogabat, cum quo, quia ipsi in monasterio esse non licuit, solatium haberet assi-

a) ab eo *eadem manu post add.* 1. b) sortitur 3 c. c) decente 1. d) consecraretur 2. 3. e) Mogociensem 1; Mogotiensem 2. f) episcopum *eadem manu corr.* archiepiscopum 1. g) Liudwardus 3. h) Paderburn. 2. i) Maguntiam 2. k) Thiadricus 2. l) primus 1. m) et diocesitatem 1. n) prudentiae 2. 3. o) professionis 3. p) professionem 3.

1) *Ita Gregorii IV. privilegium, Lappenberg p.* 16. *Cf. Koppmann, 'Die ältesten Urkunden' p.* 13; *Dehio I, Adn. p.* 15. 2) *Cap.* 58, *ubi legitur:* promittat de stabilitate sua et conversione morum suorum. *Sed haec consulto tunc mutata esse, censet Mabillon.*

duae inde meditationis et usum continendi se iuxta moderamen regulare quod promisit. Ad quod ei deputari placuit insignem conversatione virum, gradu diaconem, nomine Adalgarium, germanum videlicet et aequivocum abbatis eiusdem monasterii, de quo supra diximus. Hic vir venerabilis in conversationis eius imitatione simul et successionis dignitate adhuc hodie superest, cum multis aliis attestans, quia sanctus pontifex, cuius vitam scribimus, nichil ex occasione curae pastoralis de monachica perfectione perdiderit, adeo ut nullus etiam intra ipsa monasteria viventium instrumenta bonorum operum, quae eorum regula commemorat[1], aeque ut ipse observaverit. Cuius facta quidem vix a nobis explicari possunt; set cotidianam eius cum Deo conversationem et animum caelo semper intentum nostrae tenuitas scienciae nequaquam edicere vel saltem perpendere valet. Grave ducebat ullum tempus vacuum absque opere Dei transigere; set orationi lectio, lectioni semper aput illum successit oratio. Et si aliquid accessisset, quod eum ab oratione impedire videretur, semper tamen quae iusta sunt agens, sine intermissione sentiendus est orasse, ut beatus docet Augustinus: *Illi*, inquid, *qui in divino versatur offitio, omnia gesta eius dictaque pro oratione reputantur.*

13. Vigiliarum usum moderanter agebat; abstinentiae modum ita exercuit, ut *semper illi essent cotidiana ieiunia *p. 771.
et refectio sacietatem fugiens. In quo videlicet hoc attendebat, ut iuxta beatum Hieronimum[2] ita corporis frangeret appetitum, ut tamen ad lectiones et psalmodiam atque ad altaris ac pontificatus sui offitium vires ei non deficerent. *Nichil enim prodest,* ut ait idem Hieronimus, *biduo triduoque vacuum portare ventrem, si pariter obruatur, si compensetur saturitate ieiunium. Ilico enim mens repleta torpescit, et irrigata humus spinas libidinum generat.* Quod vir Dei, ut diximus, in se cavere volens, moderamen ieiunii ita custodivit, ut Dominus in euvangelio Iudeos arguens, quod nec Iohannem ieiunantem nec ipsum manducantem et bibentem susciperent, subiecit dicens: *Et iustificata est sapientia a filiis* Luc. 7, 35.
suis; ostendens[3] per hoc filios sapientiae intelligere, nec in abstinendo nec in manducando esse iusticiam, set in aequanimitate tolerandi inopiam et temperantiam per abundantiam non se corrumpendi atque oportune sumendi vel non sumendi ea quorum non usus, set concupiscentia reprehendenda est.

14. Quicquid[a] etiam ad usus et sustentationes pauperum beatae memoriae decessor suus institutum[b] habebat,

a) Quia vero 2. b) institum *post corr.* institutum 1.

1) *Cap.* 4. 2) *Epist.* 22. *ad Eustoch.* MAB. 3) *Verba Augustini lib.* 2. *quaest. euang. c.* 11. HENSCH.

in nullo hoc ipse disiecit[a]; set omnem curam et diligentiam adhibebat, ut omnia ad id statuta nullum suis temporibus caperent detrimentum, set potius suo cotidie studio his aliquid adderetur. Erat enim pro indigentium levamine hospitale constitutum in episcopatu eius, ad quod tanta subsidiorum sufficientia deputata est, ut nusquam copiosius vel sapientius hoc ipsum procuratum esse sciamus. Set et extra episcopatum, ubicumque fuisset, semper constitutos habebat, qui pecuniam in saccellis ad dandum pauperibus gestarent; ipseque ad hoc ipsum in zona sua marsupio cum nummis semper utebatur, ut, si quando dispensator elemosinae suae in adventu egentis deesset, ipse sine mora haberet quod daret. Inerat enim ei sollicitudo, ne quis talium a se sine levamine abscederet; suisque [ad[b]] similia iugiter adortationem faciens, dicere solebat: 'Non tardandum est, ut cunctis pauperibus succurramus, quia, quis[c] sit Christus vel quando ad nos veniat, ignoramus'.

15. Interea iuxta admonitionem beati Gregorii[1] etiam elemosinam verbi incessanter agens, doctrinae salutaris studio iugiter instabat, recolens quod idem ait doctor: plus esse, ut verbi pabulo victura in perpetuum mens reficiatur, quam venter moriturae carnis terreno[d] pane sacietur. Huius rei gratia excerptum legentibus utile de libris sancti Gregorii fecit et propria manu conscripsit, epistolasque nonnullas aedificationis[e] plenas ad diversos composuit, quarum una est ad quandam Dei ancillam in monasterio quod dicitur Heresi[2] constitutam ceterasque sorores ibidem in Dei famulatu consistentes. Haec autem famula Dei de qua loquimur neptis erat venerabilis episcopi Liuthardi, cuius supra mentionem fecimus[3], qui se sancto viro cum omni devotionis affectu ita devinxit[f], ut non solum ipse sanctitatis eius amator existere, verum etiam omnes ad se quoquo modo pertinentes illi commendare studuerit, praecipue istam de qua loquimur ab infantia Deo oblatam et in virginitate permanentem neptem suam, quae et propria devotione promeruit, ut unicam dilectionis suae filiam vir sanctus eam nominare solitus sit. Quae licet nomen suum vitandae iactantiae causa palam nolit edici, ipsam tamen ad aedificationem[e] sacris virginibus, quamvis tacito nomine eius ad quam spesialiter scripta est, hic ponere decrevimus epistolam, ita se habentem:

EPISTOLA[g] RIMBERTI. Karissimae filiae ceterisque virginibus et sponsis Christi Rimbertus, gregis Dei vilis ser-

a) *post corr.* deiecit 1. b) *deest* 1. 2; ut facerent *suppl. edd.* c) qui 1. d) p. t. 2. e) edifific. 1. f) devinxerat 2. g) Ep. s. R. ad quasdam virgines moniales *consueto more rubram praemisit cap.* 16, *quod hic posuit*, 2, *et ita deinceps numeros uno auxit.*

1) *Hom.* 6. *in Euang.* 2) *Nienheerse prope Paderborn.* 3) *Cap.* 11.

vulus, in Domino salutem. Frater Adalgarius nuper a vobis rediens, dixit mihi, graviter vos ferre, quod parvitatis meae litteras raro suscipiatis. Quod modo mihi emendare cupienti, quid scribere debeam, nichil congruentius[a] *occurrit, quam ut vos de vestrae sanctitatis commoneam proposito. Si igitur ad sublimissimam gloriam vultis pervenire, omni virtute incorruptionem corporis*[b] *ac spiritus excolere debetis. Interioris enim fotu ac pabulo puritatis subministrari*[c] *necesse est etiam exterioris hominis castitatem eamque iugiter ad perseverantiam perpetuae incorruptionis animari. Illae namque sunt verae atque incorruptae virgines Christi, non quae metuunt, set quibus non libet fornicari. Quod donum si per Dei gratiam adeptas vos senseritis, quanto magnae estis, ut sancta*[d] *monet scriptura: 'Humiliate vos in omnibus, et coram Deo invenietis gratiam'. Ea enim* *via *pervenire debetis ad Christum dominum et sponsum vestrum, quia ipse dixit: 'Discite a me, quia mitis sum et humilis corde'. Curandum itaque est, ut omni custodia mens servetur a superbiae tumore. Non enim ante oculos Dei vacuae transvolant cogitationes vestrae. Intus ergo videt Deus quod mentem elevat, et idcirco foris permittit invalescere quod deponat. 'Hinc quippe per Osee contra Israelitas dicitur: "Spiritus fornicationis in medio eorum, et Dominum non cognoverunt". Qui ut ostenderet', sicut dicit beatus Gregorius*[1]*, 'quod causa libidinis ex culpa prorumpat elationis, mox subdidit dicens: "Et respondebit arrogantia Israel in faciem eius"; acsi diceret: Culpa, quae per elacionem mentis in occulto latuit, per carnis luxuriam in aperto respondebit. Proinde per humilitatis custodiam servanda est munditia castitatis. Si enim spiritus sub Deo premitur, caro illicite super spiritum non levatur. Habet quippe spiritus commissum sibi dominium carnis, si tamen sub Domino recognoscit iura legitimae servitutis. Nam si auctorem suum superbiendo contempnit, iure et a subiecta carne praelium suscipit'. Hinc est enim, quod longa continentia repente solvitur, hinc, quod plerumque et usque ad senium virginitas servata vitiatur. Quia enim neglegitur humilitas cordis, rectus Iudex despicit*[e] *etiam integritatem corporis. Et quandoque per apertum malum reprobos annunciat, quos dudum reprobos in occulto tolerabat. Nam qui diu servatum bonum subito*[f] *perdidit, aput semet ipsum intus aliud malum tenuit, ex quo aliud subito erupit; ac per hoc omnipotenti Deo etiam tunc alienus extitit, quando se ei per munditiam corporis inhaerere*

Eccli. 3, 20.

*p. 772.

Matth. 11, 29.

Os. 5, 4.

ib. 5.

a) convenientius 2. b) *deest* 1, *ubi postea* carnis *suppl.* c) subministrare *corr.* subministrari 1. d) sacra 2. e) respicit 2. f) *post add.* 1.

1) *Moralia in Iob XXVI, c.* 17, *Migne LXXVI, p.* 364. *Ex quo loco sequentia* — praelium suscipit *sunt descripta.*

monstravit. Haec ergo, filiae, non ideo scribo, quod in vobis quicquam de qualitate superbiae vel vanae gloriae cognoverim, set quia vos opto in illarum consortio esse, de quibus legitur,
Apoc. 14, 4. *quoniam 'secuntur agnum quocumque ierit'. Ubi multos cecidisse doleo, vos caute ambulare desidero optoque, ut dicat vobis*
Cant. 4, 7. *Dominus et sponsus vester: 'Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te'. Itaque sequimini hic agnum in praeceptis suis, ut ipso auxiliante illum sequi valeatis in aeterna vita, cantando canticum, quod nemo potest dicere nisi chorus virgineus. Haec pulchre beatus Augustinus virgines admonendo exposuit*[1]. *'Pergite', inquid, 'sancti Dei pueri et puellae, mares et feminae, caelibes et innuptae, pergite perseveranter in finem. Laudate Dominum dulcius, quem cogitastis uberius. Sperate felitius, cui servitis instantius. Amate ardentius, cui placetis attentius. Lumbis accinctis et lucernis ardentibus expectate Dominum, quando veniat a nuptiis. Vos afferetis ad agni nuptias canticum novum, quod cantabitis in citharis vestris, utique tale, quale nemo poterit dicere nisi vos. Sic enim vos*
cf. Apoc. 14. *vidit in Apocalipsi quidam prae ceteris dilectus agno, qui discumbere super pectus eius solitus erat. Ipse vos vidit duodecies duodena milia sanctorum cytharedorum illibatae virginitatis in corpore, inviolatae veritatis in corde. Sequimini agnum, quia et agni caro utique virgo! Sequimini eum virginitate cordis et carnis, quocumque ierit! Quid est enim*[a] *sequi, nisi*
1. Petr. 2, 21. *imitari? De quo beatus Petrus: "Christus", inquid, "Ihesus passus est pro vobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius".*

Hanc epistolam ideo hic posuimus, ut legentibus appareat,
1. Tim. 6, 3. quantum, sicut admonet apostolus, studium habuerit eius quae secundum pietatem est doctrinae, et quam potens fuerit in ipsa doctrina etiam alios exhortari.

16. Praeterea[2] legationis suae offitium, quod ad praedicandum gentibus verbum Dei primitus a decessore suo susceptum est et postmodum sibi successionis iure quasi hereditarium provenit, impigre executus est; ipse quidem per se, quocies occupationes aliae sinerent, eidem legationi insistens, semper autem constitutos habens presbiteros, per quos et verbum Dei gentiles audirent, et solatium captivi christiani haberent, ad ecclesias inter ipsos paganos constitutas longe ab ecclesia sedis suae, quodque gravissimum erat, marinis discriminibus adeundas. Quae discrimina ipse frequentius et habundantius sustinens, saepe, tamquam de se testatur

a) eum 2. 3.

1) *De sancta virgin. c.* 27. *Ex quo sequentia usque in finem epistolae, paucis omissis, sumta sunt.* 2) *Haec ex cap.* 16. *decerpsit, ut ipsius verbis utar, Adamus I,* 38.

apostolus, naufragium pertulit, saepe in proximo erat, ut cum eodem dicere posset: *Nocte et die in profundo maris fui.* Set profecto aderat ei Spiritus sanctus, qui in exterioris hominis corruptione interiorem renovaret de die in diem et spe futurae beatitudinis omnia praesentis vitae aspera deliniret et gravia relevaret. Consolabatur enim continua meditatione sermonis apostolici, quia: *Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, *quae revelabitur in nobis.* Ac sic, quaecumque fuerunt[a] dura laboranti, mitescere solebant eadem propter Christum sustinenti. 2. Cor. 11, 25. Rom. 8, 18. *p. 773.

17[1]. Ad redemptionem captivorum cunctis pene quae habebat expensis, cum multorum adhuc apud paganos detentorum miseriam[b] cernere cogeretur, etiam altaris vasa ad redemptionem eorum impendere non dubitavit. In quo dum quibusdam minus sublimiter intellegentibus non recte videretur fecisse, quasi ad alios usus redigeret quae sacris erant deputata misteriis[c], et a quodam interrogatus fuisset, quare ita faceret, iusta racione sciscitanti satisfaciens: 'Non ignoro', inquid, 'res ecclesiastici offitii digne esse tractandas et sub magna fore obligatione ad hoc opus depositas. Verumptamen plus est aput Deum per haec subveniri captivis christianis in angustia constitutis, quam esse possit depositum ista custodiendi. Et si necessitas incubuerit duorum bonorum unum eligere et alio carere, oportet assumere quod est melius et relinquere quod habetur inferius. Unde et ego', ait, 'cum nullum aliud habeo consilium, non impie ago, si christianum, qui filius Dei est, cum thesauris ecclesiae redimo; cum et semper invenire possimus, quod ad usum sacri sufficiat ministerii; inrecuperabile autem sit, si christianus in captivitatis afflictione deficiat'.

18. Exempli autem causa unum de huiuscemodi factis commemoramus, in quo non minus in potencia miraculi quam in opere misericordiae refulsit. Cum venisset quadam vice ad partes Danorum, ubi ecclesiam novellae christianitati constructam habebat in loco qui dicitur Sliaswich[d], vidit multitudinem christianorum catenatam trahi captivam. Inter quas una sanctimonialis, ut eminus illum conspexit, cum genuflexione et crebra capitis inclinatione tam illum venerari quam eius misericordiam pro redemptione[e] sua precari videbatur. Et ut eam intelligeret christianam[f] fuisse, elevata altius voce coepit cantare psalmos. Episcopus autem miseratione commotus, divinitus eam adiuvari cum lacrimis

a) fierent 2. b) miserias *Adam.* c) ministeriis 3. d) *corr.* Sliæswich 1; Sleswick 3a; Schleswich 3c. e) s. r. 2. f) f. chr. 2.

1) *Adamus I,* 41. *haec ex c.* 20. *Vitae affert, cum ante et post cum his numeris conveniat.*

orabat. Ad cuius preces mox disrupta est catena de collo eius, qua[a] vincta tenebatur. Ne tamen ipsa aufugeret, eam inter manus habentes pagani facile optinebant. Tum sanctus episcopus anxio de illa motus affectu, tenentibus eam paganis plura diversi generis precia pro ipsa coepit offerre. Set illi nullam conditionem suscipere volebant, nisi suum eis daret equum, quo ad propriam sellam uti solebat. Quod ille facere non detrectans, repente desiluit de equo et cum omni quam ipse ad eum habuit paratura pro eadem dedit captiva, redemptamque libertate donavit et quo vellet abire permisit; dupplex, ut diximus, per hoc factum de se memoriale[b] laudis relinquens, quod et virtute orationis suae catenam fregerit et simul hoc insigne opus misericordiae demonstraverit.

19. Proinde iuxta praeceptum apostoli, quo servum Do-
2. Tim. 2, 24. mini iubet mansuetum esse ad omnes, ita vixit, ut suis temporibus nullus sicut ipse Mosaicum[c] illud assimilaverit, quo
Num. 12, 3. vir mitissimus super omnes homines fuisse describitur. Aliquocies tamen sine ullo eiusdem mansuetudinis detrimento ita inquirendis vel discuciendis causis constans ac fixus in sua sententia mansit, ut a nemine posset in aliud deflecti. Quod autem diximus absque mansuetudinis detrimento hoc fieri, tam veraciter in illo adimpletum est, ut nil umquam iracundiae vel commotionis contradicentibus ostenderit, nil[d] verbis asperis contra eos egerit, set familiaribus colloquiis et delectabili continentiae gestu cunctis amabiliter[e] sit executus, quicquid intendebat. De ea tamen quae illi inerat inflexibilitate animi a quodam familiarius interrogatus, quae infra habentur exposuit. 'Quaecumque', inquid, 'agere debeo vel omittere seu de omnibus futuris mihi eventibus praesagium semper capio ex visionibus domini ac decessoris mei Ansgarii. Solet enim mihi ipse apparens in qualitate vultus sui ostendere, qualiter me inmiscere debeam rebus agendis; et quicquid in[f] illo sentio, nullam ad hoc exequendum dissimulationem facere possum'.

20. Fertur[1] etiam antiquorum more sanctorum quaedam fecisse miracula, frequenter videlicet, dum iret ad Sueoniam[g], tempestatem maris orationibus suis sedasse, caeci[h] cuiusdam oculos illuminasse per confirmationem, quam episcopali more cum chrismate sacro in eodem faciebat. Set et filium quendam regis dicitur a daemonio liberasse; cui etiam affirmationi hoc astipulari videtur, quod
*p. 774. multis astantibus episcopis *clamor ab ore vexati saepius so-

a) quae 1. 2. b) memorabile 3ª. c) in M. 3ª; Moysi assimulatus fuerit qui 3 b. d) vel 2. e) s. am. 2. f) de 2. 3. g) Sueciam 3ª; Suetiam 3b. h) etiam *post add.* 1.

1) *Haec etiam Adamus I, 42. ex Vitae cap. 20. affert.*

nabat, Rimbertum solum inter eos digne commissum egisse offitium, ipsumque sibi esse cruciatui, auctor vocis testabatur. Set quia nostris temporibus, ut dicit psalmista, defecit sanctus, et diminutae sunt veritates a filiis hominum, nec facile accipitur, quenquam[a] ex modernis viris talia fecisse, sufficiat nos hactenus comprobasse, quod hic vir Domini sanctitatis apicem conscendit per eas virtutum speties, quas in euvangelio Dominus ad beatitudinem promerendam proponit, *Beati,* inquiens, *pauperes spiritu*, et cetera de octonario virtutum catalogo, quo significatur per resurrectionis gratiam spei nostrae inplenda perfectio. Nec miracula illi defuerunt spiritalia, quae etiam nunc in ecclesia a fidelibus fieri testatur beatus Gregorius, exponens verba Domini dicentis: *Signa autem eos qui crediderint haec sequentur: in nomine meo daemonia eicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent; et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; super aegros manus inponent, et bene habebunt.* Set de his singulis expositionem praefati doctoris percurrere longum est et non necessarium, cum omelia haec continens [1] in promptu[b] habeatur, ad quam nos lectorem mittentes, coeptum opus de vita domni Rimberti consummare debemus.

Ps. 11, 2. Matth. 5, 3. Marc. 16, 17. 18.

21. Qui cum iam senio gravari coepisset, etiam continuus pedum dolor ad molestiam ei accessit. Unde aput gloriosum primo regem Hludowicum, quo commendante[c] episcopatum accepit, et postea aput filios eius Hludowichum et Karolum hoc optinuit, ut insignis vir Adalgarius, monachus videlicet de monasterio Novae Corbeiae, ut supra retulimus [2], illi praestitus, ita in adiutorinm illi confirmaretur, quatinus, dum sese quaelibet infirmitas praepediret, in ipso haberet solatium circandi[d] episcopatum, placita adeundi et, quando exigeretur[e], in expeditionem vel ad palatium cum comitatu suo proficiscendi. Nec multo post electionem succedendi sibi in ipso confirmari et per manus acceptionem hominem regis illum fieri et inter consiliarios eius collocari optinuit, assencientibus abbate et fratribus monasterii eius, ac sancta synodo haec omnia roborante. Post haec etiam, velut expeditior a negotiis secularibus, omni instantia cotidie ampliare satagebat quicquid boni prius exercuit. Nec diu postea in hac vita duravit; cuius transitus ad Dominum subiuncto ordine factus esse perhibetur.

22. Anno pene integro ante obitus sui diem quibusdam fidelibus suis secretius intimavit, multa sibi ostensa fuisse signa, quibus praesciret se in hac vita non diu man-

a) quenque 2. b) promto 2. c) commodante 1. d) circumeundi 3. e) exieretur *post corr.* exigeretur 1.

1) *Hom.* 29. *in Euang.* MAB. 2) *Cap.* 12.

surum, et quod eos quibus haec loquebatur in hac vita iam[a] ultra non esset visurus. 'Quaedam', inquid, 'huius rei praesagia mihi venerunt, quae mihi[b] non licet aliis indicare, visionem tamen ac[c] nocte mihi ostensam vobis refero, qua evidentissime decessum meum praefiguratum esse intelligo. Videbatur enim mihi, quod in eclesia quadam muro firmissimo per medium intersepta ego ex una parte muri fuissem, ex altera vero teneretur dominus et decessor meus Ansgarius. Conspexique innumerabilem turbam[d] utriusque sexus more quaerentium aliquid hac illacque converti, nec quicquam ex eo quod quaerebant potuisse inveniri. Quibus domnus Ansgarius: "Quid", inquid, "quaeritis"? At illi se anulum meum quaesisse respondentes, audierunt rursum ab episcopo, ut cessassent eum quaerere, quoniam[e] ipse secum esset illum habiturus'. Haec dum quibusdam, ut diximus, narraret domnus Rimbertus, ex hoc multisque aliis inditiis asseruit se esse certificatum, quod eodem anno de hac vita foret exiturus. Et ut memoria eius audientium animis per verba quae recedens diceret artius imprimeretur, hoc quod etiam ab eis amari noverat, admonitiones eis salutares fecit, non mediocriter verbis eius in gratiam aedificationis[f] profluentibus. Post haec valedicens illis, discessit ab eis, nec ulterius, ut ipse praedixit, eum viderunt. Qualiter autem somnium hoc, quod modo protulimus, evidenti effectu in obitu ac depositione eius, ut ipse intellexerat, completum sit, congrue eo loco enarrabimus, quo commemorandum erit, qualiter anima eius ad caelos sublevata sit, et quomodo corpus eius sepulturae traditum habeatur.

888. 23. Duodecimo[g] igitur die ante transitum suum perveniens ad ecclesiam Bremensem, ipso mox die infirmitate correptus est. Cumque per omnes horas infirmitas graviter cresceret, ipse semper psalmodiis et lectionibus sacris intentus, sese ad futurum de hac vita transitum sollicite praeparabat. Et quamquam languoris inmanitas corporeis viribus defectum ingereret, animo tamen semper invictus, apostoli-
*p. 775. cam *praetendebat fortitudinem, de qua dicit: *Quando enim*
2. Cor. 12, 10. *infirmor, tunc potens sum.* Septimo ante obitum die ministerium[h] sacrae unctionis cum oleo sancto ei fieri praecepit[i]. Et una cum communione corporis et sanguinis Domini usque in diem animae exeuntis de corpore hoc salutare remedium omni die percepit. Et cum iam migraturus esset de mundo, convocatis presbiteris et universis fratribus, veniam petivit de omnibus quaecumque fortassis in aliquem

a) *deest* 2. 3. b) modo 3. c) *ita* 1 *pro* hac. d) multitudinem 3. e) quando 2. f) ediffic. 1. g) Duodecim 1. diebus 2. 3a. h) misterium 3. i) cepit *corr.* precepit 1; coepit 2.